



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institvtiones Morales

In Qvibus Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1612

Liber Primus. De Iure, Iustitia, Dominio, vsufructu, vsu, possessione, &
rerum diuisione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14014

1 2

INSTITVTIONVM

MORALIVM

PARS TERTIA

DE QVINTO ET RELIQVIS

PRAECEPTIS DECALOGI

LIBER PRIMVS.

De Iure, Iustitia, Dominio, Vusufructu, Vsu,
Possessione, & Rerum Diuisione.



EX Quattuor Capitibus, quæ polliciti sumus totius Operis initio, ea, quæ deinceps hac Tertiâ Parte sequuntur, ad primi Capitis (quod erat de Præceptis Decalogi) complementum, hoc est, ad iniurias, quæ proximo inferuntur, maximè pertinent. Agendum igitur nobis est de Quinto, & reliquis Præceptis: duobus tamen postremis, quia ad sextum, & septimum Præceptum reuocantur, prætermittis. Quoniam verò in omnibus ferè de iustitia agitur, idcirco quæ ad Ius, & Iustitiam spectant, hoc primo Libro præmittenda esse existimauimus.

V N D E I V S D I C A T V R, E T
quid, & quotuplex sit.

Caput I.



PRIMO quaeritur, Quot modis Ius accipiatur? Respondeo multipliciter accipi, vt constat ex I. Ius plurius, & I. nonnunquam. ff. de Iustitia, & Iure. & ex S. Thoma in 2. 2. quæst. 77. art. 1. qd. 1. Aliquando enim accipitur pro necessitudine, veluti est ius cognationis, agnationis, affinitatis, amicitie. Aliquando pro auctoritate, libertate, siue facultate, & potestate, vt eam dicitur, homo sui iuris, vel, quisque suo iure facit, vel vitur. Aliquando pro loco, in quo ius dicitur, vt, in ius sistere, vel vocare, vel in iure comparere. Aliquando pro sententia, quæ fertur, & pronuntiatu à iudice, vt, ius dicere, ius reddere. Aliquando pro Iurisprudentia, vt cum dicit Iurisconsultus in L. Iuri. ff. de Iustitia, & Iure: Ius est æqui & boni ars, id est scientia; & ibidem: Iuri operam daturum, id est, Iurisprudentia. Et tunc, quia ars est comprehensio multorum præceptorum in vnum collectorum, consequens est, vt ius, id est, Iurisprudentia, contineat multa præcepta ad bonum, & æquum pertinentia. Si roges, quomodo ius in præsentî loco sumamus? Respondeo nos accipere ius, vt est Legis, Canonis, vel Superioris iustitiam. Cum verò de dominio agemus, sumemus ius vt est facultas, siue potestas, & auctoritas aliquid faciendi.

Secundò quaeritur, Vnde ius sit dictum? Vlpianus Iurisconsultus in L. Iuri. ff. de Iust. & Iure, ait esse dictum à iusti-

tia. Sed certè potius videtur iustitia à iure originem traxisse. Beatus Isidorus in c. ius generale. dist. 1. testatur, ius dictum esse, quia iustum sit. Ceterum, etiam iustum videtur deductum à iure, non è contrario. Placet, quod alij dixerunt, ius esse dictum à iussu: nam ius est, quod natura, vel lex iubet, vt idem sit ius, quod Superioris iussum: & ius, prius è antiquius est iustitia: sicut cantus, prior Musica; & numerus, prior Arithmetica; & quantitas continua, prior Geometria; & motus ætherum, & siderum, prior Astronomia. Iustitia namque, ius ipsum præscribit, & tribuit, & circa ipsum ius, tamquam circa materiam suam, & rem obiectam versatur. Iustum item dictum est, quod in ipso sit ius: quemadmodum venustum dicitur, eo quod in ipso sit venus, hoc est, decor & pulchritudo.

Tertiò quaeritur, Quid sit ius? Respondeo esse id, quod natura, vel ratio, aut lex decernit, iubendo, vel prohibendo. Porro legis nomine intelligitur Diuina, Canonica, Civilis.

Quartò quaeritur, Ius quot modis diuidatur à Iurisconsultis? Respondeo, primò diuidi in generale, & speciale. Generale ius est id, quod quælibet virtus, vel ipsa ratio naturalis, etiam generatim præcipit faciendum, vel prohibet vitandum, veluti, honestè esse viuendum, bonum amplectendum, Malum fugiendum, conuenienter recte rationi viuendum, castè agendum, fortiter pro patria pugnandum, prudenter & constanter bonum prosequendum: Quod tibi non vis fieri, alteri nõ feceris. Speciale ius est, quod specialis iustitia faciendum præscribit, vt, situm cuique tribuendum, ne-

minem iniuriā afficiendum, depositum reddendum, alienum restituendum, lucrum ex mutuo non querendum, parentes esse honorandos.

Secundò, diuiditur ius ab Vlpiano Iuriscōsulto in *l. Iur. ff. de Iustitia, Et iure, §. Huius studij.* & à Iustiniano Imperatore *Instit. de Iustitia, Et iure, §. Iuris* in ius publicum, & priuatum. Ius publicum vocant, quod in Sacris, in Sacerdotibus, & Magistratibus consistit. Sacrorum nomine, & appellatione intelligunt ceremonias, & ritus, qui erant apud Romanos in templis, altaribus, vestibus, diebus fectis, sacrificijs, supplicationibus, & oblationibus. Publicum ergo ius appellat Vlpianus, quod ad publicum bonum spectat; videlicet, non quod ad omnes gentes, vel populos, sed quod ad communem Reipubl. Romanę statum, & salutem pertinebat. Priuatum verò ius, quod ad singulorum ciuium Romanorum vtilitatem atinebat.

Tertiò ius priuatum ibidem diuidit idem Iuriscōsultus & Imperator Iustinian. *Instit. de Iure naturali gentium, Et ciuile* & B. Isidorus *cap. Ius autem, distm. 1.* in ius naturale, gentium, & ciuile. Sed hanc diuisionem reprehendit Agricola *lib. 1. de Inuentione dialectica, cap. 5.* Primò, quia non solum ius priuatum, sed etiam publicum distribuitur in ius naturale, gentium, & ciuile. Secundò, quia primum erat diuidendum ius in naturale, gentium, & ciuile; deinde verò in publicum, & priuatum. Tertiò, quia Aristoteles *libro 1. Ethicor. cap. 7.* & Cicero in Partitionibus, solum in duo membra ius omne partiuntur, videlicet, naturale, & politicum, siue ciuile, quia omne ius, vel naturali ratione vel arbitrio, & voluntate Principum, aut populorum constitutum est. Nihilominus Iuriscōsultus recte defenditur. Nam ius, quo Romani utebantur, primò diuisit in publicum, & priuatum, quia vel ad publicum, vel ad priuatum cuiusque bonum pertinebat: & deinde, quia de priuato iure tractaturus erat, illud diuisit in naturale, gentium, & ciuile: quasi diceret: Omne ius, quo priuato ciuium Romanorum bono confultitur, vel natura instinctu, & ratione, vel gentium auctoritate, vel ciuitatis Romanę decreto constitutum est. Nec voluit Iuriscōsultus negare publicum ius, quo Romanus populus regebatur, posse diuidi, sicut etiam priuatum ius, in tria membra, scilicet in naturale, gentium, & ciuile: sed non diuisit, quia de publico iure acturus non erat, cum id ad institutum suum minime pertineret.

Quartò queritur, Cur diuiserit Vlpianus Iuriscōsultus ius in tres partes, in ius naturale, gentium, & ciuile? Ratio dubitandi est, quia Plato, Aristoteles, & Cicero, solum duo iura constituerunt, scilicet, naturale, & politicum, siue ciuile: & ratio ipsa ostendit non esse ius nisi duplex, naturale, & ciuile. Quia omne ius, vel nature ductu, siue naturalis rationis præcepto, vel arbitrio Principum, aut populorum instituto positum est. Accedit, quod duplex est bonum; vnum per se bonum, vel per se bonum; vt, depositum esse reddendum, parentes esse honorandos, Deum esse colendum, nulli nocendum. Alterum est bonum solum, quia præceptum est; veluti, hoc, vel illo die feriandum esse, ieiunium tale esse suscipiendum, rem diuinam audiendam: Ita ius, quod ratio, vel lex præscribit faciendum, solum est duplex, naturale, vel ciuile. Item malum, solum est duplex; vnum per se malum, vt furtum, adulterium, homicidium, alterum, quia est lege prohibitum, vt hoc, vel illo tempore arma deferre; ac proinde ius, quod prohibet malum, solum est duplex, naturale, vel ciuile. Respondeo Platonem, Aristotelem, & Ciceronem recte ius diuisisse in duo tantum membra, naturale, & ciuile; quia ius gentium sub naturali comprehenderunt: at verò Vlpianus Iuriscōsultus ius gentium à naturali distinxit, eò quod naturale ius presens & strictius accepit, quam Plato, Aristoteles, & Cicero: hi enim naturale ius vocant, quod ratio naturalis omnes gentes, & homines docet; at verò Vlpianus, & alij Iuriscōsulti, ius naturale esse voluerunt, quod est acceptum à natura rei, & instinctu, alijs etiam animantibus communi. Gentium verò ius appellarunt, quod ex communi consensione gentium, & naturali hominum ratione descendit.

Vnde naturale ius esse dixerunt, vim vi repellere, filios generare & educare, quemque se vteri, nocitura & contraria fugere, & querere & prosequi salutaria: quia hæc homo facit natura duce, & instinctu animantium omnium communius gentium vocarunt, vt Deum colendum, depositum reddendum, parentibus obediendum.

Quartò diuiditur ius à S. Thoma in *2. 2. q. 57. art. 2.* in ius naturale, & positium; hoc est, in ius, quod vel ipsa naturalis ratio homines docet, vel quod aliqua auctoritas, aut voluntas diuina, vel humana constituit, ac posuit.

Quintò, diuiditur ius positium, quod dicunt, in ius diuinum, & humanum. Ius diuinum est, quod Deus per scriptum, vel per alium, suo tamen nomine, præcepit: vnde eius iuris præcepta diuina sunt, vt Sacramentorum mandata. Humanum est, quod hominum auctoritate, & voluntate sancitum est, vt aliena res præscriptione sit propria.

Sextò, diuiditur ius humanum in Ciuile, & Canonicum. Ciuile est, quod ciuiliū Principum auctoritas constituit. Canonicum, quod Ecclesię, vel summi Pontificis potestate conditum est.

De Iure Naturali.

CAP. II.

DE iure naturali, quatenus est lex naturalis, agit S. Thomas *1. 2. q. 94.* Alexander *3. p. q. 97.*

Primò queritur, Quid sit ius naturale? Vlpianus Iuriscōsultus in *l. Iur. ff. de Iust. Et iure, §. Huius studij.* *Ius naturale*, inquit, est, quod natura omnia animalia docuit: nam ius istud non humani generis proprium, sed omnium animalium, quæ in terra, mariq; versantur, autum quoque commune est. Hinc descendit maris, atque ferina coniunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus enim cetera quoque animalia, feras etiam istius iuris periti in cense: Hæc ille. Laurentius Valla *4. libro Elegantiarum*, reprehendit in hac parte Vlpianum, eò quod dixerit, ius naturale esse in brutis animalibus, & in eis esse iuris naturalis peritiam. Nec desunt alij, qui Iuriscōsulti sententiam reprehendant, & improbeant. Nam si brutæ animantes, inquit, iuris capaces sunt, consequens est, vt sint quoque capaces rationis, iustitiæ, æqui & boni, legis, honestatis, & virtutis, quod est absurdum: & multò minus dici potest, belluas rationis expertes, iuris periti cense, hoc est, referri in numerum eorum, quæ iuris naturalis periti sunt. Tuentur, vt possunt, Vlpianum, Ius cuius interpretes, Accursius, Bartolus, Baldus, Paulus, Salicetus, Iason, & reliqui: Sed dubitari non potest, quin ille ius naturale, rudiori quadam, & crassa Minerua, siue improprè, & amplè delinierit, & declarauerit: nec id mirum est, quoniam aliquando Iuriscōsulti vocabulis abutuntur, & ea crassius, siue amplè accipiunt, vt cum vulgo loquuntur, & rem tractant, clarius explicent. Eodem modo, quo Vlpianus, Iustinianus Imperator, loquitur de iure naturali, gentium, & ciuili, §. 1. Immo etiam Sanctus Thomas *2. 2. q. 57. artic. 3.* eundem loquendi modum seruat. Quare si commodè, & benignè, & propriè Vlpianum Iuriscōsultum, & Iustinianum interpretari quis velit, necesse est, vt dicat, ius naturale verè, & propriè solum esse penes homines: In brutis verò animantibus ingenitum, & impresum esse instinctum quendam nature, quem per analogiam quendam, & similitudinem Vlpianus ius appellauit, quia ad multa eorum, quæ homines iure naturali, ratione, & mentis intelligentia faciunt, bruta animalia instinctu, & impulsu nature feruntur, & ea sensu, & appetitu sensus, non rationis prosequuntur: atque hanc sententiam cognitionem Vlpianus late iuris peritiam nuncupauit. Aristoteles *libro 5. Ethicorum, cap. 7.* Ius naturale dixit esse, quod ubique eandem vim habet, & quod non ex eo, quod ita videtur, & quum, & bonum est: sed quia sua natura, & per se bonum est. Cicero etiam *libro primo de Inuentione ait, Natura ius esse, quod nobis non opinio, sed quadam innata vis affert, & inserit.* Vnde Caus

de Caius Iurifconsul. in l. Omnes populi. ff. de iustitia & iure exactius, ac plenius, quam Vlpianus ius naturale explicuit. Quod verò, inquit, naturale ratio inter homines constituit, ad apud omnes peraeque custoditur. Paulus quoque Iurifconsul. in l. Ius pluribus. ff. de iustitia, & iure. eodem serè modo, quo Aristoteles ius naturale describit. Ius, inquit, pluribus modis dicitur, vno modo, cum id, quod semper bonum, & æquum est, ius dicitur, vt est ius naturale. Ex quibus locis colligitur, etiam Iurifconsultos, videlicet, Caium, & Paulum, ius naturale, verè, ac propriè accepisse, eodem nempe modo, quo Aristoteles, & Cicero definiunt. Beatus Isidorus in cap. Ius naturale, distinct. 1. Ius naturale, inquit, est commune omnium nationum, eo quod ubique in finctu natura, non constitutione aliquâ habetur. Non dixit, vt Vlpianus commune omnium animalium, sed commune omnium nationum, ne ius brutis animalibus tribueret. Gratianus distinct. 1. §. Humanum. Ius naturale, inquit, est, quod in lege, videlicet, Diuina veteri, & in Evangelio continetur. Sed ille, ius naturale explicuit, & descripsit, quatenus continet præcepta moralia Decalogi, & alia, quæ ex præceptis Decalogi, certò, & necessariò colliguntur.

Ex his perspicitur, ius naturale esse rationis, & mentis præscriptum, siue iustum, quod bonum sequendum, malum fugiendum præscribit, ac docet.

Secundò queritur, Quotplex sit ius naturale? Glossa in cap. Ius naturale, distinct. 1. dicit, Ius naturale quatuor modis accipi. Primò est id, quod ex instinctu nature, rerum naturalium communi descendit: vnaqueque enim res naturalis similem sibi procreat. Secundò est id, quod ex appetitu animalium, omnium animalium communi, existit. Quodlibet enim animal generat filios, & filios educat. Tertio est id, quod ratio naturalis docet homines: & hoc ius dicitur Naturalis æquitas: nam quilibet homo naturaliter filios quos genuit, non solum alit, & educat, sed etiam instituit, & relinquat suorum bonorum hæredes. Quarto, est id, quod continet præcepta moralia in Decalogo comprehensa: Non occides: Non furaberis, & quæ sequuntur. Sed satis est, si dicamus, ius naturale esse generatim id, quod naturalis ratio omnes homines docet: hoc enim ius complectitur quatuor illa iura, quæ Glossa recensuit.

Iuris Ciuilibus Interpretes communiter docent, ius naturale esse duplex, primarium, & secundarium. Primarium appellant, quod ex communi omnium animalium instinctu existit: vt maris, & femine coniunctio; filiorum procreatio, educatio, violentiæ inique depulsio; dilectio, conseruatio, defensio, quia quisque seipsum amat, sustentatio, & protegit; declinatio eorum, quæ contraria, & aduersa sunt, inquisitio alimenti, & eorum, quæ sunt ad naturam tuendam necessaria; boni appetitio, repudiatio mali. Secundarium ius vocant, quod ratio naturalis omnes homines docuit, aut sequi, aut vitare; Quæ sunt, Deum colere, parentes reuereri, patriam defendere, depositum reddere, arcana mentis sensum nostræ fide commissum seruare; neiniem ledere, & id genus alia.

Sed hanc ius naturalis diuisionem introduxerunt, vt Vlpiani sententiam tuentur, qui ius naturale esse voluit, quod natura omnia animalia docuit: quia Vlpiani sententia remota, non est vtiq; quod ius naturale in primarium, & secundarium diuidamus, vt ipsi voluerunt. S. Thomas in 1. 2. qu. 95. art. 4. & ceteri Theologi in Tertio, distinct. 37. Ius naturale aliter distinxerunt. Vnum, inquit, est, quod esse per se notum; aliud, quod ex alijs, quæ per se nota sunt, certò, & euidenter deducitur. Per se notum est, quod statim, vt ratio naturalis percipit, & cognoscit sensu, dicitur esse agendum, vt bonum; vel vitandum, vt malum. Cuiusmodi sunt, honestè esse viuendum, bonum amplectendum, malum fugiendum, nemini nocendum, vim repellendam, quæque seipsum tuenti, quod tibi non vis fieri, alteri nec feceris, suum cuique tribuendum. Quæ verò ex per se notis certò, & euidenter concluduntur, sunt multa; vt depositum reddendum, rem alienam restituendam, pretium rei emptæ sol-

uendum, iurandum implendum, promissa præstanda, & gentibus subueniendum, & alia generis eiusdem. Quæ admodum enim in ijs, quæ speculationis, non actionis sunt, quædam sunt principia per se nota, alia, quæ ex his, quæ per se nota sunt, euidenter colliguntur: sic etiam in his, quæ ad actionem spectant, alia sunt per se nota, & manifesta, alia quæ ex his nota sunt.

Tertio queritur, Quomodo intelligantur, & inter se cohareant, quæ in iure Ciuili, & Canonico iuris naturalis esse dicuntur? Sciendum est, Beatum Isidorum in c. Ius naturale, distinct. 1. nouem, aut decem exempla proponere, quæ dicit ius esse naturalis: Primum est, viri, & femine coniunctio; Secundum, liberorum successio; Tertium, puerorum educatio; Quartum, communis omnium rerum possessio; Quintum, vna omnium libertas; Sextum, acquisitio eorum, quæ celo, terrâ, marique acquiruntur; Septimum, rei depositæ redditio; Octauum, commodatæ pecuniæ restitutio; Nonum, violentiæ, siue iniuriæ illatæ repulsio: Sic ille. Aliqui tamen codices aliter legunt, sic nempe: commendatæ pecuniæ restitutio.

In his exemplis difficultas est, quam viri, & femine coniunctionem Isidorus intelligat, an omnem promiscuam, an solum licitam, & legitimam. Idem exemplum posuit Vlpianus in l. Iuri. §. Huius studij, ff. de iustitia, & Iustinianus Imperator Instir. de iure naturali, gentium, & ciuili. Dubitandum non est, quin omnes intellexerint iustam, & debitam viri, & femine coniunctionem: vnde matrimonium, vt est viri, & femine coniunctio ad procreandam prolem, est quidem iuris naturalis, & ad mûta viri, & vxoris officia; & obsequia; quatenus verò est rei sacre signum, nimirum Incarnationis Dominicæ, & coniunctionis Christi cum Ecclesia, diuini iuris est. At institutione Christi Domini factum est Sacramentum ad conferendam gratiam, qua coniuges onera matrimonij commodè, & sanctè sustineant. Multa verò sunt lapsu temporis constituta de matrimonio contrahendo, iure Humano, Canonico, & Ciuili.

Iuris porro Ciuilibus Interpretes, Bartolus in l. 3. ff. de Conseru. Albericus l. 1. §. Ius naturale, ff. de iustitia, & iure, querunt, Num ante leges latas fuerit distinctio filiorum legitimorum, & non legitimorum: & quidam eorum testantur, ante leges, & iura ciuilia; nullam huiusmodi liberorum fuisse differentiam; quia legibus constitutum est, vt quidam filij legitimi, quidam contra non legitimi haberentur. Ceterum nisi istorum sententiam mutis interpretemur, falsa est, & absurda. Nam ante omne ius Ciuile, qui nascatur ex adulterio, stupro, scorto, siue meretrice; sacrilegio, & alio quolibet vago, & incerto concubitu; filij legitimi nequaquam censebantur, quia extra matrimonium, & contra ius naturale nati: nec enim villo vniquam tempore adulteria, stupra, scorta, meretrices, & coitus sacrilegi; vel promiscui, & vagi, licita fuerunt: quare tamen filij geniti extra nuptias, quas leges, & iura ciuilia, iustas, & legitimas appellant; fortassis pro legitimis filijs haberentur, quatenus pertinet ad hæreditates, & successiones in bonis, honoribus, dignitatibus & officijs parentum: at secundum tamen ius naturale, & gentium, reuera legitimi cense-ri non poterant; qui ex adulterio, stupro, vel scorto nascebantur: quia contra rectam rationem procreabantur, quæ prohibet omnem viri, & femine extra matrimonium complexum; ne filij suscepti malè alantur; educantur, & instituantur.

Hinc consequitur, falsam esse sententiam Alberici, Baldi, & Malumbin in l. 1. ff. de iustitia, & iure, & Instir. de iure naturali, gentium, & ciuili; & aliorum istos sequentium, qui docent, ante leges, hoc est ante ius ciuile, filios genitos ex vago, & incerto maris, & femine concubitu, fuisse legitimos: quia nondum erant leges scriptæ; quibus legitimi filij à non legitimis distinguerentur; & quia naturalis est maris, & femine coniunctio. Item, quia iniusti filij dici non poterant, quos lex scripta adhuc non improbat. Fortassis horum sententia eo sensu accipienda est, vt filij ex tali con-

gressu suscepti legitimi dicentur, quantum attinet ad hereditates, & cetera, quæ ius civile de filiis, & de iustis, ac legitimis nuptiis constituit: isti enim Auctores locuti esse videntur eodem modo, quo leges loqui consueverunt. Nam in Authent. Quibus modis filij naturales efficiantur sui. §. Illud tamen. & in Authent. Quibus modis filij naturales efficiantur legitimi. §. Si quis favor. ita habetur: Non enim fuit in principio, quando natura hominibus fanciebat, sola ante leges scriptas differentia filij, naturalis, & legitimi. Et sicut natura fecit omnes liberos, sic natura legitimas procreavit soboles: Hæc ibi. Profecto noluit Iustinianus Imperator dicere, promiscuos maris, & feminæ congressus fuisse licitos ante leges scriptas: sed solum dicere voluit, non fuisse eo tempore differentiam filiorum naturalium, & legitimorum, quam postea leges, & iura scripta introduxerunt. In iuris enim, quæ ad hereditariam successione in bonis parentum spectant, ius civile filios naturales à legitimis distinguit, quia iustas nuptias voluit esse, nisi contractis certis conditionibus & legibus inter certa personarum genera: & filios quidem etiam alioqui susceptos ex veris nuptiis; sed non secundum leges civiles iuris, & celebratis à numero filiorum legitimorum exclusit. Nec Ulpianus Iurisconsultus in l. Iuri. §. Huius studij. ff. de Iustitia, & iure. dixit: Maris & feminæ coniunctionem promiscuam, vagam, & incertam, naturalis iuris esse; sed dixit, maris, & feminæ coniunctionem, quam nos matrimonium appellamus. Denique alij Iurisconsulti planè docuerunt, ante iura civilia filios extra matrimonium procreatos, non fuisse legitimos. Ioan. Andr. in Regula, sine culpa, in Mercuriali. Bartol. in l. 3. de Conub. & alij.

Hinc etiam est, ut falsum quoque sit, quod Accursius docet in l. Iuri. §. Huius studij. ff. de Iustitia, & iure. Ad peccatum, inquit, iure naturali mouemur, quia maris, & feminæ coniunctio est iuris naturalis: quod probat, quia in Authent. de Restitutionibus, & ea, quæ parit in vicesimo mense post mortem viri, §. vnum. dicit Imperator Iustinianus, huiusmodi partum esse naturalis concupiscentiæ. Sanè dici nullà ratione potest, nos ex iure naturali ad peccatum moueri: in omni enim peccato turpitudine inest contra rectam rationem: & sicut virtus est naturæ hominis, hoc est rationi consentanea: sic peccatum est contra naturam. Inest autem homini appetitio sensus, quam Theologi concupiscentiam appellant, & Apostolus ad Romanos 7. legem membrorum, quæ est pœna peccati ex primis parentibus contracta, & quæ repugnat, & aduersatur menti, & rationi nostræ: in qua si concupiscentia, & mentis consensus adsit, peccatum est, quia consensus voluntas, cum dissentire possit, ac deberet: quod si consensus non præstet, culpa non est, sed solum pœna, quam ex primo primi parentis peccato sustinemus. Et cum Iustinianus Imperator naturalem concupiscentiam dixit, non voluit dicere, maris, & feminæ congressum extra matrimonium iuris esse naturalis: sed existere ex animali appetitu, qui quidem naturalis est, hoc est naturæ congenitus, sed quem rectà ratione moderari, & temperare debemus.

Secundum exemplum à B. Isidoro positum, est liberorum successio. Vbi non intelligit ius succedendi in hereditate, & bonis paternis, sed procreationem filiorum ex matrimonio. Vnde rectè annotauit Archidiaconus in eod. cap. Ius naturale: alios codices legere (liberorum susceptio) non (successio); Sed quamuis legatur (successio) nihil refert, quia quod filij succedant in bonis parentum, iuris naturalis est, quod verò in quarta, vel tertia, vel quinta parte bonorum succedant, iuris civilis est.

Tertium exemplum est, Puerorum educatio, hoc est filiorum, dum parui sunt: nam eis parentes alimenta debent iure naturali: in ea enim ætate aliunde commodè ali, & sustentari non possunt: & brutæ animantes suos etiam pullos, natura duce nutriunt, ac fouent, atque sustentant. Intelligitur etiam nomine educationis, filiorum institutio, quod attinet ad bonæ vitæ eorum disciplinam: hanc enim etiam iure naturali debent parentes liberis, dum adhuc sunt

pueri. Immo etiam appellatione educationis continetur educatio filiorum adulatorum, quando per se inepti & inhabiles sunt ad se alendum, & sustentandum, quales sunt mente capti, & alij, qui aliunde nihil habent, vnde sustentari queant: his enim, quamuis adultæ ætatis, debent iure naturali parentes alimenta. Quid si filij adulti sint, & possunt aliunde commodè se ipsos sustentare? Respondeo, etiam illis parentes acquirere naturali alimenta debere: hoc autem ius non ita arctè, & strictè eo tempore parentes obligat, ut non possit scriptis legibus vel in totum, vel ex parte derogari: nam iustus de causis aliquando leges, parentes hac obligatione liberant, eo nimirum, ut filij in officio continentur; & nè sint parentis usi ingrati, & nè parentibus manus inferant, vel eis debitum obsequium, & obedientiam denegent.

Quæres, an etiam parentes debeant iure naturali filiis legitimam bonorum portionem? Respondeo, legitimam portionem dici, quia sit legibus decreta, ut videlicet parentes debeant filiis tertiam, vel quartam bonorum partem. Iuris itaque naturalis est, quod parentes filiis relinquunt bonorum partem, quantum debita filiorum alimenta postulant: & hoc ius nequit legibus civilibus, vel in totum abrogari, vel ex parte minui. Iuris verò civilis est, quod relinquunt tertiam, quartam, quantumque partem: ac proinde iustus de causis legitima portio filiorum minui potest, quatenus est scriptis legibus constituta: quatenus verò iure naturali debetur, non item, nisi filius habeat aliunde, vnde commodè sustentari possit.

Ex his intelligitur, parentes debere alimenta filiis, etiam spuris: & cum iure naturali debeantur, lege tolli nequeunt: immo etiam debentur filiis ex damnato complexu susceptis: nec sunt iustæ leges civiles, teste Cotaruua, quæ talibus filiis denegant alimenta. Authent. ex complexu. C. de Incestuosis nuptiis, & Authen. Quibus modis naturales efficiantur sui: nisi intelligatur, aut quod non detur actio huiusmodi filiis petendi alimenta; aut quod parentes non cogantur eis alimenta præbere, quando aliunde habent, vnde se possunt commodè sustentare.

Quartum exemplum est, Volentiæ depulsio, quam Beatus Isidorus dicit iuris esse naturalis. Objicies, Florentinum Iurisconsultum in l. Vi vim. ff. de Iustitia, & iure. inter ea, quæ sunt iuris gentium posuisse, ut vim, & iniuriam propulsemus. Et ideo Bartolus, Baldus, Paulus, Fortunius, & alij iuris civilis interpretes aiunt, esse iuris gentium, non naturalis: isti enim Ulpianum in l. Iuri. §. Huius studij. ff. de Iustitia, & iure, secuti, censent ius naturale esse, quod est omnium hominum & animalium commune: Ius gentium, quod solum est hominum proprium, ut Deum colere, parentes venerari. Sed ut supra iam dixi, in brutis quidem animalibus est instinctus, & impulsus naturæ ad quædam, quæ homo naturali ratione, & intelligentiâ facit: sed non est ius in bellis, sicut nec lex, nec iustitia. Item, quamuis admittamus cum istis, ius gentium esse hominum proprium, & ius naturale hominibus cum animalibus commune; tamen dubitari non potest, quin vim vi repellere, sit iuris naturalis, ut dixit B. Isidorus, quia etiam brutæ animantes, ut sese tueantur, natura duce, & magistra, vim vi repellunt: immo omnis res naturalis, ipsius naturæ impulsu, ut se defendat, ac seruet, contrariis resistit, & nocitura fugit, ac vitat. Cur igitur, inquit, Florentinus Iurisconsultus in l. Vi vim. inter exempla iuris gentium numerauit? Quidam in hac parte Iurisconsultum reprehendunt, quod dixerit esse iuris gentium. Alij verò illum defendunt, dicentes, in ea lege non posuisse Florentinum hoc exemplum, tamquam iuris gentium, sed tamquam iuris Naturalis. Quicquid sit, dicendum est, vim vi repellere, esse iuris Naturalis, & fortassis Florentinus addidit, vim vel iniuriam propulsiare, ut significaret, commune quidem esse omnium animalium, & rerum naturalium, vim depellere; sed esse iuris gentium, & hominum proprium propulsiare vim, & iniuriam: solum enim hominibus iniuria inferitur, vis quidem inferitur animalibus, iniuria autem minimè. Si quæras, an secundum con-

scientiam

scientiam vis vi propulsetur? Ratio dubitandi est, quia tamen iuris naturalis esse dicatur, existimare tamen quis posset, solum iuris naturalis esse, quia ius naturale permittit, ut vim vi repellamus. Accurtius in *l. vi. vim prædicta*, ait: Vim vi repellere, esse licitum iure fori, non poli. Sed merito eius sententia communiter rejicitur, ut annotavit Coartruias in *Clemen. Si furiosus. de Homicidio. part. 2. §. 1. numer. 1.* Nam in cap. Si verò. de Senten. excommun. legitur: *Vim vi repellere, omnes leges. & omnia iura permittunt*: quæ verba excepta sunt ex *l. Scientiam. §. Qui cum aliter. ff. Ad J. Aquiliam.* ubi dicitur: *Vim vi repellere, omnes leges, & iura permittunt.* Cicero in *Oratione pro Milone*, ait: hoc esse iuris, & legis, & rationis naturalis. Idem colligitur ex Gratiano 23. *Quæst. 1. in principio*, & Glossa in cap. *Significasti. 2. de Homicidio.* Et quamvis ius naturale non præcipiat, ut vim vi propulsemus; satis tamen est, si id permittat: nam eo ipso, quo ius naturale permittit, licitum est: alioqui enim, si malum esset, prohiberet.

Dubie questionis est, An hoc ius generatim locum habeat, ita ut liceat nobis vim repellere omni modo quo possumus, an solum adhibitâ moderatione? Respondeo, tale ius non nisi adhibitâ moderatione intelligendum esse, & ut dicitur, cum moderatione inculpate tutelæ. *ut habetur in l. 1. C. Unde vi. & in c. Significasti. modo citato.* Neque enim ratio naturalis concedit, aut permittit, generatim, ut quis vim vi propulset, sed solum ut vitam suam tueatur, & seruet. Est igitur moderamen inculpate tutelæ, quando nos aliter tueri non possumus, nisi vim vi propulsemus. Annotat verò Glossa, in *l. Vi vim.* supra citata, repellendam esse vim illatam iniquè à privato; non tamen illatam ab eo, cuius potestati subiecti sumus: non enim Magistratus vim, aut iniuriam inferre creditur. Nam in *l. Iniuriarum. §. 1. ff. de Iniuriis habetur: Is, qui iure publico vitatur, non dicitur iniuria faciendâ causâ, hoc facere: iuris enim exequutio non habet iniuriam: Si quis, quod decreto Prætoris non obtemperaverit, ductus sit, non est in ea causâ, ut agat iniuriarum propter Prætoris præceptum.*

Et ibidem, §. Si qui. ita legitur: *Quæ iure potestatis à Magistratu sunt, ad iniuriarum actionem non pertinent.* Sic ibi. Quid si Prætoris, vel Magistratus sententia contra nos lata sit iniqua, aut si Magistratus præter ius vexet nos auctoritate publicâ, eiusne vim nobis propulsare licebit? Respondet Glossa *ibidem*, id nobis fas non esse; sed pati, & sustinere debemus, quia tunc ius nostrum aliter est defendendum, videlicet ad superiorem Iudicem provocandum, Iudice inferiore recusato, vel aliquid aliud excipiendum, quo nos iuris ordine servato tueamur. Quæ res, an etiam sit iuris naturalis, violentiæ, & iniuriæ vindicatio? Sciendum est, defensionem esse, qua nos tuemur ab imminente, aut futura iniuria: Vindicationem verò, quâ viciemur iniuriam iam factam, & acceptam. Conanus in *Commentariis iuris civilis lib. 1. cap. 6.* ait: Vtrumque esse iuris naturalis, & probat ex Cicerone *lib. 1. de Offic.* dicente: *Nè quis cui noceat, nisi læcessit iniuria.* Et *lib. 2. de Inventione: Iuris*, inquit, *naturalis sunt religio, pietas, observantia, veritas, gratia, vindicatio, qua nos defendimus, & iniuriam viciemur.* Communis tamen opinio est, ius naturalis esse, quemque seipsum defendere, non autem vindicare, & viciet iniuriam acceptam. & *S. Ambrosii lib. 1. de Offic. cap. 28.* testatur, illud Tullianum: *Nè quis cui noceat, nisi læcessit iniuria*, Evangelij auctoritate evacuari, quod docet, non esse malum pro malo reddendum. Et in cap. *Significasti. 2. de Homicidio habemus: Debet seipsum defendere, non ad vindictam sumendam, sed ad iniuriam propulsandam.* Et in cap. *Si verò. 1. de Senten. excommunic.* legitur: *Quod debet fieri in continentia*, quod desumptum est ex *l. idem est. §. Eum igitur, qui. ff. de Vi. & vi armata*, ubi sic est: *Cum igitur, qui cum armis repellere: sed hoc confessum, non ex intervallo. Si objecis Sanctum 1. hominem 2. q. 108. dicen-*

tem, Non solum se defendere, sed etiam vicisci iniuriam licitum esse. Non, inquit, ut malum pro malo reddatur, quoniam hoc est, proximum odium: sed ut is qui iniuriam iutult, emendetur, & in posterum prohibeatur ab iniuria inferenda, & ita quisque contineatur in officio. Ergo iuris naturalis est vindicatio, ut is qui peccat, corrigatur, non tamen ut vindicta sumatur. Respondeo, solum docere S. Thom. Vindicationem esse iuris naturalis, si fiat eo modo, quem ratio naturalis præscribit: Is autem modus est, si in nos peccantem corripiamus, ut respiscat, & emendetur. Item, si illum, in quem ius, & potestatem habemus, castigemus, ut castigat pater filium, dominus servum, magister discipulum: Insuper si, implorato officio Iudicis, iniuriæ compensationem petamus, nè delicta impunita maneant; & nè quisquam audacter iniuriâ alios afficiat.

Quintum exemplum est, Vna omnium libertas, iuris naturalis est, inquit Beatus Isidorus. Merito quis dubitaverit, quamnam intelligatur communis omnium hominum libertas, & quo modo id verum sit: quia servitus est iure gentium introducta. *Institut. de iure personarum. §. 1. & Institut. de Libertinis. §. 1. & l. Manumissionis. ff. de Iustitia, & iure:* ac ius gentium non est iuri naturali contrarium: Ergo si iure naturali omnes sunt liberi, non potest servitus esse iuris gentium. Dicendum est, libertatis nomine Beatum Isidorum intelligere liberam facultatem, quam quisque habet agendi, quæ vult, & eundi quod ipse libuerit: dummodo alium non offendant, ac lædat: & hæc facultas libera est iuris naturalis, non quidem quod ius naturale iubeat omnes esse liberos, aut prohibeat, nè quis sit servus, sed quod natura omnibus libertatem permisit, nec quæquam servum procreavit. Vnde sic, ut iure civili, vel gentium plurimarum instituto, vel more, quis servus alterius hominis esse possit. Nam teste Aristotele *lib. 1. Polit. cap. 3.* est etiam quedam servitus naturalis inter homines. Loquitur ille non de prædura illa, & immiti servitute, qualis fuit olim vltima apud Romanos, & alias gentes, qua dominus in servum vitæ, & necis imperium, & potestatem habebat, sed de moderata servitute, quâ unus dominatur, & alius subijcitur, unus imperat, & alius patet, unus regit & gubernat, alius regitur, & gubernatur: de quo servitutis genere dicam inferius.

Sextum exemplum est, Communis omnium possessio, quam naturalis ius esse, dicit Beatus Isidorus. Idem habetur in cap. *differt. dist. 8.* Sed primum dubie questionis est, Quid contineat communis omnium possessio, quæ dicitur esse iuris naturalis. Quidam affirmant, iure naturali fuisse communes res immobiles, non tamen mobiles, & se moventes. Verum contra eos est, quia non solum agri, & fundi erant communes, sed etiam feræ, pisces maris, volucres, gemmæ, & lapilli pretiosi Alij dixerunt, dominia rerum non fuisse communia, sed solum possessiones, & usum earum. Contra hos quoque facit, quod ex rebus, nimirum solo, terra, & agris quisque sibi capiebat, & usurpabat, & possidebat quantum opus erat ad arandum, seminandum, metendum, & habitandum: vnde res fiebat propria cuiusque, qui rem vacuum possessore occupabat. *Gloll. in cap. ius naturale. dist. 1.* censet omnia fuisse communia, videlicet liberalitate, & charitate cuiusque, quia unus alteri liberaliter donabat ea, quibus indigebat: *Act. 4. & ideo omnia erant communia*, hoc est, quisque sua cum aliis communicabat: quemadmodum dicere solemus, Amicorum omnia esse communia. Sed reuera dubitari non potest, quin res fuerint communes, non solum quod attinet ad possessionem, & usum, sed etiam quod ad dominium spectat: quia etiam nunc post diuisa, & discreta rerum dominia, multa communia sunt, ut aer, mare, aqua profuens, littora, feræ, pisces, aues, lapilli, gemmæ, quæ primi occupantes propria fiunt, ut habetur in *l. Quarundam. ff. de Acquir. rer. dom. & Institut. de Rerum diuis. §. Et quidem. & §. Singulorum.*

Secunda questio est, an ius naturale præcipiat omnia esse communia? Ratio dubitandi est, quoniam ex Cle-

mente Papa in cap. *Dilectissimis*. 2. quæst. 2. dicitur: *Communia usus omnium debuit esse communis: sed per iniquitatem alius hoc esse suum dixit, alius istud. Et sic inter mortales facta est divisio.* Ergo iuris naturalis præcepto res communes omnium videntur fuisse, ita quidam putauerunt.

Contra hoc tamen quis obijcit: Si omnia præcepto iuris naturalis communia fuere, nulli licitum fuit proprium sibi sumere: nam communitati rerum iure naturali imperate aduertatur, qui rem communem ut propriam sibi vendicat. Respondent illi, rerum diuisiones, & dominia per iniquitatem, ut dicit B. Clemens, hoc est, per vim, & tyrannidem introducta fuisse, quia omnia iure naturali deberent esse communia. Enimvero difficile est creditu, iuris naturalis præceptum esse, ut omnia essent communia, cum iure gentium sint dominia discreta. Securus in 4. distict. 15. quæst. 2. art. 1. docet, præcepto iuris naturalis omnia primo mundi exordio fuisse communia: sed tale præceptum postea multiplicatis hominibus vim amisisset, & id conueniens recte rationi fuisse, quia multiplicata hominum sobole, non amplius expediebat humano generi res esse communes. Securus, Sotus lib. 4. de iustitia. quæst. 2. art. 1. ad 1. coarguit: *Quia ius, inquit, naturale, immutabile, & semper bonum est, ergo lege humana tolli non potest.* Ceterum facile Securus respondere poterit, huiusmodi præceptum ad tempus obligasse tantummodo, videlicet tantisper, donec cepisset genus humanum augeri, & multiplicari. Sicut etiam initio mundi permixtum fuit, ut fratres sorores suas uxores ducerent; postea tamen multiplicatis hominibus, talis permixtio cessauit: quia non nisi ad tempus id permixtum fuit. S. Thom. in 2. 2. q. 66. art. 2. ad 1. ait in hunc modum: *Ad primum ergo dicendum, quod communitas rerum attribuitur iuri naturali, non quia ius naturale dicat omnia esse possidenda communiter, & nihil esse quasi propriam possidendum: sed secundum ius naturale non est distinctio possessionum, sed magis secundum humanam consuetudinem, quod pertinet ad ius posituum, ut supra dictum est. Unde proprietas possessionum non est contra ius naturale, sed iuri naturali superadditur per adiuuentionem rationis humane.* Sic ille.

Dicendum itaque existimo in hunc modum: *Quemadmodum legis est quædam præcipere, quædam prohibere, alia permittere.* Sic etiam iuris naturalis quædam imperare, veluti, Deum colere, depositum reddere, alienum restituere, & quædam prohibere, ut, non furari, non occidere, nemini nocere, & alia quædam permittere, ut, omnia esse communia. Non enim ratio naturalis iubet res omnes esse communes, nec vetat res esse communes, aut proprias. Et hinc est, ut natura, nec rerum dominia discreuerit, nec res horum, aut illorum hominum proprias fecerit, nec venient, aut proprias esse, aut communes: & ideo iure humano, videlicet gentium, & ciuili, res propriæ hominum fieri potuerunt. Quomodo ergo, dices, B. Clemens in c. *Dilectissimis*. 12. quæst. 2. testatur, vsum rerum debuisse esse communem, & per iniquitatem factam fuisse rerum diuisionem? Ad hoc respondeo in questione proximè sequenti.

Tertia quæstio est, Quomodo Canones in hac parte inter se, & etiam cum iure Ciuili consentiant, & quo iure dominia rerum discreta fuerint? Ratio dubitandi est, quia in cap. *Dilectissimis*. 12. quæst. 2. verba Clementis Papæ hæc sunt: *Communis enim usus omnium, qui sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit: sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suum, & alius istud. Et sic inter mortales facta est diuisio.* Et deinde lex rationibus probat omnia debere esse communia. Prima ratio est, quia Græcorum quidam sapientissimus sciens omnia communia esse debere, dixit Amicorum omnia esse communia. Secunda: Quia sicut aër, aut splendor solis diuidi non potest: sic nec reliqua, quæ communiter omnibus data sunt ad habendum, diuidi debent. Tertia: quia Dominus per Prophetam dixit: *Plalm. 32. Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vni.* Quarta: quia Apostoli communem vitam duxerunt. Quinta: Acto. 2. quia hoc idem fecerunt primi Apostolorum discipuli, quorum erat cor vnum, & anima vna, nec quis-

quam eorum de his, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat: Sexta: quia omnes, qui domos, vel agros possidebant, vendebant, & pretia à postulis afferbant, ponentes ante pedes eorum. Act. 5. Et Ananias, & Sapphira uxor eius, quia mentiri sunt. Apostolis retinentes pretia agrorum, quos vendiderant, mortui sunt.

Ex quibus verbis duo colliguntur, Vnum, per peccatum hominum, dominia rerum fuisse diuisa. Alterum, lex rationibus, & arguentis, omnia debere esse communia: Et c. *Sicut. dist. 47.* B. Ambrosius dicitur: *Proprium nemo dicat, quod commune plusquam sufficeret sumptum, violenter obtentum est.* Et cap. *Dilectissimis*. 8. dicitur: *Iure naturali omnia sunt communia omnibus: quemadmodum etiam in c. ius naturale. dist. 2. dicitur B. Hieronymus, ius esse naturale communem omnium possessionem.* At verò in cap. *Quo iure. dist. 8.* B. Augustini hæc verba referuntur. *Vnde quisque possidet quod possidet? non iure humano? non iure diuino.* *Plalm. 23. Dominus est terra, & plenitudo eius. Pauperes, & diuites bona terra supportat. Dominus de uno limo fecit pauperes, & diuites. Iure ergo humano dicitur, hæc villa est mea, hæc seruis est meus, hæc domus mea est. Iura autem humana, iura Imperatorum sunt.* Et paulo interius; *Tolle iura Imperatorum, & quis aueret dicere: Hæc villa est mea, meus est iste seruis, mea est hæc domus: ergo non iure per iniquitatem dominia rerum diuisa, sed iure humano, & ciuili.* Et c. *Quicumque nos. 23. quæst. 8.* Ex eodem B. Augustino habetur: *Et quamuis res quoque terrena non rectè à quoquam possideri possit, nisi vel iure Diuino, quo cuncta infusum sunt, vel iure humano, quod in potestate est Regum terre: ergo dominia rerum iure, non iniuria sunt introducta.* Præterea in l. *Ex hoc iure. ff. de iustitia, & iure. Iurisconsultus Hermogenianus ait: Ex hoc iure gentium introducta sunt bella, discreta gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi.* Ergo si iure gentium dominia discreta sunt, non est per iniuriam rerum facta diuisio. Respondet Gloss. in cap. *Dilectissimis* supra citato, in verbo *[sed per iniquitatem]* id est, per consuetudinem iuris gentium æquitati naturali contrariam; vel *[per iniquitatem]* id est per sollicitudinem, ut ibi: *Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: id est, de pecunia per sollicitudinem quaesita.* Hæc Glossæ interpretatio. *Soto lib. 4. de iustitia. q. 3. art. 1. ad 2.* non placet, immo per ironiam, eam ait esse mirabilem, quia consuetudinem iure gentium receptam, contrariam dicit Glossa esse æquitati naturali, & proinde inquam: at ius gentium nec cum æquitate naturali pugnat: cum sit id, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit. *l. Omnes populi. ff. de iustitia, & iure.* nec iniquitatem, vel iniuriam contineat, quia illud naturalis ratio præscribit. Ceterum Glossæ interpretatio in hac parte non est tam absurda, & à ratione aliena, ut ad verum sensum reuocari non possit. Nam, ut capite proximè sequenti dicam, ius gentium dupliciter accipitur, vno modo, ut est idem, quod ius naturale, & hoc sensu æquum, & bonum est. Altero modo, ut est id, quod magna pars hominum, & gentium ubique recepit, & hoc non tempore bonum est, quia aliud primum ratio naturalis inter omnes homines constituit: hoc verò pleæque gentes suâ voluntate, & auctoritate in vsum admiuerunt. Ipse verò Sotus sentit, per iniquitatem rerum diuisionem esse factam, quia post peccatum primorum parentum, rerum dominia ceperunt.

Dicendum mihi videtur, Iure quidem naturali res esse communes: Pontifex verò cum ait, per iniquitatem factam esse rerum diuisionem, non intelligit generatim omnem rerum diuisionem, sed hanc aut illam, quia hæc, aut illæ, per iniuriam, & iniquitatem, hoc, aut illud sibi usurpauit: Quis admodum etiam iure gentium, æquo & bono sunt aliqui reges creati, aliqua regna constituta, & nihilominus hi, aut illi reges, hæc, aut illa regna per vim, aut tyrannidem ceperunt. Præterea in eodem cap. *Dilectissimis*. probat Pontifex sex argumentis vsum rerum communem esse debere: quia quamuis, quod attinet ad dominium, res sint aliquorum propriæ, Clericis tamen, & reliquis Apostolorum exem-

plum sequi volentibus vita communis competere videtur. Et tunc in communiter viuant, egeribus, hoc est, necessitate partentibus, vnum rerum lege charitatis, & misericordia communem esse debere: sicut erat communis tempore Apostolorum.

Reliqua exempla, quae B. Iudorus de iure naturali proposuit, videlicet, Acquisitio eorum, quae ex alto, terra, mare, capiuntur; Deposita rei, vel commodata pecunia restitutio; solum eam difficultatem habent, Quomodo conueniat eum eo, quod Iuriconsultus tradit in *Lex hoc iure. ff. de iustitia, & iure*, ubi dicit, ius gentium esse contractus inter homines. Sed facile omnia difficultates soluitur, quia ius gentium, ut dicam inferius, accipitur vno modo pro iure naturali, videlicet pro eo, quod naturalis ratio inter omnes homines constituitur, ut ait Iuriconsultus Caius in *l. Omnes populi. ff. de iustitia, & iur.* Vnde idem Iuriconsultus in *l. Quarundam. ff. de Acquirend. rer. domin.* dicit: *Quarundam rerum dominium gentium iure gentium, quod ratione naturalis inter omnes homines peraeque seruatur.* Et paulo inferius: *Omnia igitur animalia, quae terra, mari, calos, capiuntur, id est fera, bestia, volucres, pisces, capientur iure, videlicet iure gentium, quod ratione naturalis inter homines constituitur.* Deposita igitur rei, commedatate pecuniae restitutio, est quidem ius gentium, sed ius gentium Iuriconsultus in ea lege citata accipit, ut est idem quod ius naturale.

Quaedam aliae quaestiones de iure naturali diluuntur.

CAP. III.

PRIMO quaeritur, An quae sunt iuris naturalis, sint penitus immutabilia, hoc est, An sint talia, ut leges, vel potestate humana, vel consuetudine mutari non possint? Nos non quaerimus in praesenti, An potestate humana Princeps solvere, vel excipere queat, iustus de causis hunc, vel illum hominem, sibi subiectum à iure naturali, sed solum, An humana potestate ius naturale tolli, mutari queat. Respondemus, in *Instit. de iure naturali, gentium, & ciuili. §. ius naturale* verba Iulianiani Imperatoris, huiusmodi esse, *Sed natura quidem iura, quae apud omnes gentes peraeque obseruantur, diuina quadam prouidentia constituta, semper firma, atque immutabilia permanent.* Et Gratianus *distinct. 5. Naturale ius inter omnia primatum obtinet tempore, & dignitate.* Caepit enim ab exordio naturalis creaturae, nec variatur tempore, sed immutabile semper permanet. Et *distinct. 6. cap. Non peccatum. §. Is itaque*, dicit: *Moralia mandata ad naturale ius pertinent, atque ideo nullam mutabilitatem recepisse monstrantur.* Idem docet Sanctus Thomas in *Prima Secunda q. 94. ar. 5.* item Aristoteles *lib. 5. Ethico. c. 7.* asserit, ius naturale semper, & vbique eandem vim habere, sicut, inquit, ignis, hie, & apud Persas, & vbique vim habet vrendi. Et ideo ius naturale immutabile est. Cicero *lib. 3. de Republica*, legem naturae appellat constantem, sempiternam, & immutabilem. Vnde mater illa Dionysij Tyranni Syracusani, cum ei stuprum aetere filius conaretur, dicens se regem esse, & in leges potestatem habere; prudentissimè respondisse fertur, Tyrannum, hoc est Regem posse quidem leges mutare, sed iura naturae nullo modo posse tollere. Et Paulus Iuriconsultus in *l. Ius phuribus. ff. de iustitia, & iure*, ius, inquit, vno modo dicitur, quod semper bonum & aequum est, ut est ius naturale. Ratio quoque id manifestè ostendit, quia quod ratio naturalis fieri iubet, aut vetat, non ideo bonum, vel malum est, quia imperatur, vel prohibetur; sed quia per se, & ex natura sua bonum est, aut malum. Vnde Aristoteles *loco proxime allato*, docet aliqua ex his, quae sunt iuris naturalis, talia esse, ut nunquam mutentur; alia verò esse, quae aliquando iusta ex causa mutantur, quia mutantur conditiones rei, loci, temporis, & personae. Nam quemadmodum in his, quae sunt speculationis, quaedam ita sunt vera, ut nunquam falsa esse queant, eiuusmodi sunt: Quodlibet est, vel non est: Totum est maius sua parte, si ab aequali-

bus aequalia demus, quae remanent, sunt aequalia. Alia ita sunt vera, ut sint mutationi subiecta, veluti, Dextera naturaliter est robustior, & valentior sinistra; & tamen in quibusdam hominibus sinistra est potentior, & aptior ad opus. Sic etiam in his, quae actionis, & moris sunt bona, nec vnquam mutantur, ut haec, Bonum est amplectendum; Honestè est viuendum; Iuste agendum, & v. s. colendas, mendacium aut verbum otiosum nunquam dicendum. Quaedam verò mutantur, mutatis rebus pro loco, tempore, & personis; ut, Deposita est reddendum, at si furiosus petat in sui, vel aliorum perniciem, reddendum non est. Item: Promissum est praestandum, sed non contra Reipublicae salutem, & bonum. Praeterea quaedam iure naturali per se, & simpliciter mala sunt, & tamen aliquando bona redduntur, veluti, Alienum accipere; si tamen accipiat quis, ne fame pereat, nihil peccat contra ius naturale. Malum est, innocentem occidere; & tamen iure belli interficiuntur infantes. Ius itaque naturale additionem quidem iuris ciuilis admittit, sed non mutationem. Ita S. Thomas *1. 2. q. 94. ar. 5.*

Verum his, quae diximus, multa possunt opponi. Primum, quia aliqua eorum, quae sunt iuris naturalis, sunt iure gentium sublata: iure enim naturali, Y. G. communis est hominum libertas, & tamen iure gentium sunt introductae seruitutes, & captiuitates. Iure item naturali sunt omnia communia, & iure gentium facta est rerum diuisio, & discreta dominia. Innocentes itidem iure naturali prohibentur occidi, sed iure gentium introducta sunt bella, quibus paruuli necantur. Secundò, quia iure ciuili multa videntur permitti contra aequitatem naturalem, nec tamen ideo ius ciuile condemnatur. Exempli causa, iure ciuili sunt constitutae leges vfucapionis, quibus domini sine vlla culpa suis rebus priuatur. Iure itidem ciuili licet Iudici innocentem interficere, si iuxta allegata, & probata in Iudicio reus mortis esse deprehendatur. Insuper liber homo, iure ciuili fit seruus ob certa quaedam crimina. Tertio, Iuris naturalis est implere quod iurasti, vel quod vouisti, & tamen auctoritate pontificia saepe iurjurandi, & voti vinculum soluitur. Quarto, quia super illud *Eccle. 17.* Addidit eis disciplinam, & legem. Glossa ordinaria dicit, Legem veterem, quantum ad correctionem legis naturalis scribi voluit: ergo si ius naturale corrigitur, mutabile est.

Respondeo ad haec omnia; ad primum quidem, iure naturali non praecipit, ut supra dixi, ut res omnes sint communes, nec prohiberi, quo minus sint propriae, sed permitti, ut res sint communes, vel propriae iure naturali, inquit S. Thomas *Prima Secunda quaest. 94. ar. 5. ad 3.* omnia sunt communia, non quia id praecipiat, sed quia distinctio possessionum non est à natura. Sicut dicere possumus iure naturali hominem esse nudum, quia natura homini vestitum non dedit. Et propterea, quamuis iure gentium, vel ciuili res factae fuerint propriae, nihil tamen est factum contra ius naturale. Item ius naturale non iubet omnes homines, ut liberi sint, nec prohibet, quo minus quidam dominantur, & imperent, & alij seruiant, & pareant: sed solum vetat ut homines in praedura, & immitem seruitutem, qualis vfucata erat veteribus Romanis, & aliis gentibus, tradantur. Et ideo contra ius naturale est ea seruitus, quae dominus habet in seruum ius, & potestatem vitae & necis. Praeterea haec, ius belli rationis naturalis est: nam recte rationi conuenienter hostes suscipitur, & gentur auctoritate publicè aduersus hostes Reipublice, ut Princeps, vel Respublica sua bona recuperet: ut hostes itidem ab iniuriis prohibeat; & ut eos ob damna Reipublicae illata, puniat, & deinceps in officio contineat. Vnde ius naturale, quo innocentes defendi, & seruari debent, iure belli non tollitur: nec enim vnum ius naturale cum alio pugnat, sed quia mutantur res, vel personae, vnum ius naturale cessat, aliud verò vim, & locum habet. Ad secundum, penes Principem, vel Respublicam est potestas transferendi dominia rerum ex vno domino ad alium iustus de causis; & ideo nihil mirum est si iure ciuili constitutae sint leges vfucapionis, quia ad lites interminabiles dimendas aequum est tales leges ferantur. Item ne Iudex condemnet, absoluatve

reos, vel innocentes amore, odiove, iustum fuit vt constitueretur lex, quã iubetur in iudicio procedere ex allegatis, & probatis publico testimonio, non autem ex priuata sua noticia, vel testimonio, & propterea in hac etiam parte ius naturale iure civili non tollitur, nisi iusta ex causa, videlicet rerum conditionibus mutatis. Pari quoque ratione liber homo, qui naturaliter sui iuris est, pœnæ seruus efficitur ob certa crimina, quia ius etiam naturale præscribit vt fontes puniantur: inter pœnas autem seruitus numeratur. Filiis insuper alimenta debita contra ius naturale, ius civile auferre non potest; qualia sunt quæ simpliciter necessaria iudicantur ad filiorum vitam: at verò ea alimenta, quæ non sunt simpliciter necessaria ad filios commodè sustentandos, quia illi aliunde habent, vel habere possunt tale vitæ subsidium, potest ius civile vel in totum adimere, vel ex parte minuerè, cum iusta subest causa. Et idem iuris est de alimentis, quæ debent filij parentibus: nam quæ sunt simpliciter necessaria ad vitam sustentandam, tolli, aut minui iure civili non possunt, quia iure naturali eis debentur; scētus est, si absolutè & simpliciter necessaria non fuerint. De his duobus dixi superius *lib. 2. c. 3. q. 6. p. 2.* Præterea iure naturali debent parentes filiis legitimam bonorum portionem, quatenus ea est loco alimentorum, vnde iuris naturalis non est, vt legitima portio filiorum sit certa & definita, sed tanta, quantum alimenta simpliciter debita requirunt: Iuris verò civilis est, vt sit certa & definita, videlicet quarta, tertia, quintave paternorum bonorum pars, & hæc iustis de causis potest iure quoque civili vel augeri, vel minui, vel etiam tolli. De qua re dixi superius *in 2. p. lib. 2. c. 27. q. 6.* Ad tertium: voti & iuristurandi vinculum, iuris naturalis est: sed ius naturale non impedit, quo minus auctoritate pontificia iustis de causis solui, & relaxari queat, quia conditiones rerum, & personarum mutantur. Vnde augmento solim probatur, posse Romani Pontificis auctoritate hunc, aut illum iusta ex causa solui, & excipi à lege naturali: non tamen, posse ius naturale tolli, abrogari, mutariue. Ad quartum respondeo, Glossæ sensum esse, per legem veterem multa addita iuri naturali.

Secundò queritur, An præcepta Decalogi sint iuris naturalis? communis est Theologorum sententia *in Tertio dist. 37.* ea esse iuris naturalis. S. Thomas *2. 2. q. 122. a. 1.* Alexander *3. p. qu. 29. mem. 1. art. 1.* Gratianus *in cap. Non est peccatum. §. His itaque. dist. 6.* vnde quamuis eiusmodi præcepta in veteri lege sunt tradita, semper tamen manent, non enim morte CHRISTI sublata sunt: sed non manent vt præcepta veteris legis, sed quatenus sunt præcepta legis naturalis. Sciendum tamen est, vt dixi superius *in 2. p. lib. 1. cap. 2. q. 2.* tertium Decalogi præceptum de sabbato colendo, partim cum ceteris conuenire, partim differre, vt docent Alex. *in 3. par. qu. 32. nu. 2. ar. 4. ad 1.* & Theologi *in 3. dist. 37.* Differunt quidem, quia reliqua præcepta naturalia sunt, & ideo perpetua, nec mutari, nec tolli vlla ratione possunt: At præceptum de sabbati cultu, si statutum tempus spectetur, non fixum & constans est, sed mutabile, quia non ad mores iuris naturalis, sed ad ceremonias diuinitus in veteri legi institutas pertinet. Non enim natura docet, aut præcipit, vt illo die potius quam alio extemum cultum DEO tribuamus. Et hinc est, vt diem Sabbati in diem Dominicum Apostoli mutauerint. Conuenit autem idem præceptum cum reliquis præceptis Decalogi non ritu & ceremoniis, sed quia aliquid habet, quod ad naturæ mores & ius atineat: nam DEI cultus, qui hoc præcepto continetur, à naturæ iure existit, cum illud natura comparatum sit, vt aliquod tempus iis quæ ad DEI cultum pertinent, impendamus, & insumamus: cuius rei iudicio, & argumento est, quod apud omnes gentes statas quasdam ferias, easque publicas fuisse legimus, quæ sacris rebus ac diuinis obsequiis consecratae erant.

Obijcies, in l. Veluti. ff. de Iustitia & iure, Pomponium Iuriconsultum ita dicentem. Erga DEVM religio, & vt parentibus, & patriæ pareamus, iuris gentium est. Ergo Decalogi præcepta non ad naturæ ius pertinent. Respondeo, ius gentium, vt capite proximè sequenti explicabo, vno modo accipi pro iure naturali, iuxta illud, quod habetur *in l. O-*

mnes populi. ff. de Iustit. Et iure: quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræque custoditur, vocaturque ius gentium. *Et in l. Quorundam. ff. de Acquirend. dominio:* dicitur, ius gentium esse, quod ratione naturali inter omnes homines peræque seruatur. Cum igitur Pomponius Iuriconsul. dixit: Ius gentium esse religionem erga DEVM, & parentibus, & patriæ parere, Ius gentium accepit, quatenus est idem quod estus naturale.

Tertiò queritur, An humanâ potestate solui ius naturale quispiam queat? Vulgò quæri solet, an Romanus Pontifex possit in iis, quæ iuris naturalis sunt, dispensare? Dubitandi ratio est, quia ius naturale mutari non potest, vt dixi. Item quia DEVS, qui naturam condidit, vna cum ipsa ius naturale constituit, ergo in ius naturale nihil potest auctoritas humana. De hac questione tractauit *2. par. lib. 5. cap. 3.* Dicendum est breuiter, aliqua esse iuris naturalis, à quibus solvere aliquem Romanus Pontifex nequit: cuiusmodi sunt primarum agendarum principia per se nota; vt, bonum est amplectendum, castè est viuendum, iustè viuendum. Quod tibi non vis fieri, alteri nè feceris. Item sunt aliqua ita per se mala, vt nunquam fieri bene queant, vt mendacium, odium DEI: hæc etiam humanâ auctoritate fieri bene non possunt. Aliqua verò bona ita sunt iuris naturalis, vt ob rerum euentus, & hominum casus possit Romanus Pontifex aliquem ab eo iure naturali eximere. Votum iure naturali impendendum est iuristurandum iure naturali seruare debemus: & tamen Romani Pontificis auctoritate potest quis iusta de causa voti vinculo, & iuristurandi religione solui. Vt ius defunctorum voluntates iure naturali seruare, & ad effectum perducere debent: & tamen Principis auctoritate, si iusta causa subest, mutari queunt. Sunt & alia iuris naturalis multa, in quibus Principis auctoritas aliquid potest. Quare tamen ius naturale humanâ potestate abrogari, aut tolli, aut mutari non possit omni ex parte, at tamen Principis consensu, & facultate potest hic aut ille iuris naturalis vinculo solui: tum enim Princeps ius naturale non abrogat, aut mutat, sed hunc vel illum à iuris naturalis obligatione, siue præcepto liberat: & hoc facere non potest solo suo nutu, & arbitrato, sed iusta de causa, quam asserit ipse rerum euentus, siue hominû casus.

Quartò queritur, An Theologi potius, quam Canonici iuris interpretis sit ius naturale interpretari, declarare, ac definire? Respondeo, quamuis nonnulli Iuriconsul. vt dicemus *infra,* agentes de iure diuino, pro se magis, quam pro Theologis in hac controuersia ferant sententiam, fortasse quia Iuriconsulti est agere de actionibus humanæ vitæ, ac iura interpretari. Tamen sine dubitatione maioris ponderis in iure naturali interpretando esse debet Theologorum, quam Iuriconsultorum auctoritas, vt videtur sentire Silu. *V. opi. sub fin.*

1. Quia ius naturale regula est actionum nostrarum in finem vltimum dirigendarum, qui finis cum duplex esse possit, vel naturalis, vel supernaturalis, quatenus ius naturale condeicit ad finem naturalem consequendum, Philosophi moralis est de eo agere, id quod totam doctrinam morum, ac virtutum complectitur, quod in lib. Ethic. exsequitur Aristot. Quatenus verò ad finem supernaturalem condeicit, Theologi est de illo agere: cum enim de fine ipso supernaturali disputet, de iis mediis etiam, sine quibus finis haberi non potest, debet agere. Quinimmo explicandum sibi quoque sumptere Theologi ius naturale non solum præcisè quatenus fini supernaturali subferunt, sed etiam quatenus rationi naturali consentaneum est, vt patet *ex maiori par. 1. 2. c. 2. §. Thomæ,* quia nimirum finem supernaturalem consequi non possumus, nisi seruat is iis, quæ ratio naturalis aut faciendæ, aut vitandæ præscribit.

2. Quia ius naturale vel consistit in præceptis illis naturæ generalissimis, quod tibi non vis fieri, alteri nè feceris, Diligendum esse Deum super omnia, & proximum sicut seipsum, quæ sunt quasi prima principia in naturalibus: aut consistit in generalissimis illis conclusionibus, quæ immediatè ex his primis principijs deducuntur, atque in præceptis Decalogi continentur, quibus præcipitur diuinus cultus, ac religio, honor parentum, præcepta iustitiz,

tia, ac similia. Quæ quidem omnia in diuinis Scripturis continentur, & commendantur nobis, vt Exod. 20. vt Matthæi 22. 22. Scripturas autem exponere Theologi est, non Iurifconsulti: cum hic potius de actionibus consulatur particularibus, non quatenus ex his generalissimis præceptis pendunt, quibus ius naturale continetur: sed quatenus ex positius, atque humanis legibus, quæ ius illud communissimum, aut determinant, aut exponunt.

Tertio, quia ius naturale à Deo nobis instum est, quasi participatio iuris illius, ac legis æternæ, quæ est ipse Deus, quatenus lex illa æterna nobis per naturalem rationem demonstratur, iuxta illud: *Sapientiam est super nos lumen vultus tui Domine*. Porro dictamen practicum rationis nostræ conscientia dicitur, cui conformes esse debent actiones humane, vt bonæ sint. Agere autem de conscientia ad Theologum potius, quam ad Iurifconsultum spectat.

Quarto, hoc idem probari potest ex Scriptura. Nam de diuina Sapientia dicitur Sap. 8. *Sobrietatem, & prudentiam, & iustitiam, & virtutem docet*, quæ sunt quatuor virtutes morales, quibus virtutibus ius totum naturale continetur. Theologia autem ipsa Sapientia dicitur, 2 p. qu. 1. art. 6. quatenus diuina sapientia radio quodam illustratur, & ad Titum 2. *Apparuit gratia Saluatoris Dei, vt sobriè, iustè, & piè viuamus*. Hanc autem ipsam Saluatoris gratiam, non Iurifconsulti est, sed Theologi illustrare.

Neque obstat ratio initio adducta. Verum enim est Iurifconsultum agere de actionibus humanis, quatenus ex iuris humani, siue Ciuile illud sit, siue Canonicum, legibus, ac decisione pendet; vt nimirum diiudicet, an illæ sint ad normam, atque præceptum humanarum legum; non autem quatenus pendet ex communissimis illis principiis iuris naturalis.

De Iure Gentium.

CAP. IV.

Primo quaeritur, Quodnam ius gentium dicatur; & quomodo à iure naturali, & ciuili distinguatur? De iure gentium varia Iurifconsulti veteres tradiderunt. Nam Vlpianus in *l. iuri operari. §. Huius studij. ff. de iure. & iure. & iure. & iure.* ius gentium à naturali iure omnino distinxit. Ius gentium, inquit, est, quo gentes humane vtuntur: quod à naturali recedere inde licet facile intelligere; quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune est. At verò Caius Iurifconsultus in *l. Omnes populi. ff. de iur. i. l. ff. de Acquiren. rer. dom.* ius gentium non distinguit à iure naturali: & definit id esse, quod ratio naturalis inter homines constituit. Vnde Iustinianus Imperator. *Inst. de iure nar. gen. & ciu. §. 1. & §. Ius autem gentium.* Vlpianum secutus, ius naturale à iure gentium distreuit: & naturale dixit esse omnium hominum, & animalium commune: ius verò gentium esse hominum proprium: & §. Ius autem ciuile, Caium Iurifconsultum sequi videtur, & ius gentium dicere idem esse, quod ius naturale: vtitur enim eisdem verbis in definiendo iure gentium, quibus Caius: *Quod, inquit, naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos per quæ custoditur, vocaturque, ius gentium.* B. Isidorus in *c. ius gentium. dist. 1.* ius gentium dictum esse tradit, quia eo iure omnes ferè gentes vtuntur, & videtur à iure naturali, & ciuili distinguere. Bartolus, Baldus, Paulus, Accursius, Saliectus, Iason, & ceteri omnes Iuris ciuilibus Interpretes, Vlpianum in hac parte secuti sunt, ius gentium à iure naturali distinguentes, dicentesque, naturale ius esse, quod natura omnes homines, & animalia docuit: ius gentium, quod omnes homines constituerunt, & quod hominum proprium est. Hinc etiam factum est, vt omnes Theologi in definiendo iure gentium, & discernendo à iure naturali, varia tradiderint. Profecto ex Vlpiani, Caij, Pomponij, Florentini, & Hermogeniani Iurifconsultorum verbis, & exemplis propositis in toto titulo de Iustitia, & iure, de iure gentium, & naturali, magna est orta confusio, quia iuris gentium vis,

ratio, & natura non est plene, & distinctè intellecta, quod multis errandi occasionem dedit.

In primis igitur dicendum existimo, ius gentium dupliciter accipi, vno modo, vt est idem, quod ius naturale: nam Iustinianus Imperator *Inst. de Rerum diuis. §. Singularum.* ait: *Quarundam enim rerum dominium nascitur iure naturali, quod, sicut diximus, appellatur ius gentium: Sic ille.* In præsentem vocò naturale ius appello, non cum Vlpiano, quod natura homines, & animalia docuit: nam, vt dixi capite superiori, in brutis animantibus non est lex, neque iustitia, neque ius, quamuis insit naturæ quidam instinctus, & impulsus: sed voco ius naturale, quod naturalis ratio optima rerum agendarum magistra, omnes homines docuit: & hoc ius appellatum est naturale, quia reuera id naturali ratione docti sumus, & proinde à natura accepimus, quia est nobis cum natura datum à Deo auctore ipsius naturæ, non autem id aliquâ hominum auctoritate, & voluntate suscepimus, nec vllâ hominum lege constitutum est. Ius gentium verò dicitur, quia omnium gentium commune, & illo omnes gentes vtuntur. Altero modo ius gentium accipitur, quatenus est id, quod voluntate, & auctoritate vel omnium, vel saltem plurimarum gentium, ac populorum institutum est: & hoc ius non dicitur naturale, quia non est naturali hominum ratione, sed voluntate gentium constitutum.

Ex his intelligitur, quomodo accipienda sint ea exempla, quæ Iurifconsulti afferunt in *l. Veluti. & in l. Vt vim. & in l. Manumissiones, & in l. Ex hoc iure, ff. de Iust. & Iure.* Nam in *l. Veluti.* Pomponius ait, iuris gentium esse, vt Deum religiosè colamus, & parentibus, & patriæ pareamus. Profecto hæc sunt iuris gentium, vt est idem, quod ius naturale, quia hoc non voluntas gentium, sed ratio naturalis hominum constituit. In *l. Vt vim.* Florentinus Iurifconsultus ius gentium dicit esse, vt vim, & iniuriam propulsemus, & cognitionem inter nos habeamus. Sed hæc nos ipsa naturalis ratio docuit, non gentium auctoritas instituit. ergo sunt iuris gentium, quatenus est idem, quod ius naturale. In *l. Manumissiones.* Vlpianus dicit, iuris gentium esse manumissiones, seruitutes, & tria genera hominû, videlicet, quod alij sint liberi, alij serui, alij libertini. Certe Vlpianus ius gentium aliter accepit, quam Pomponius, Florentinus, & Caius: & mirum non est, quia ius gentium secundo modo accepit, non primo, quarens est id, quod omnes, vel pleræque gentes receperunt, & in vsum admiserunt. Quis enim non videat, manumissiones, & tria illa genera hominum superius commemorata, videlicet liberorum, seruorum, & libertinorum, esse gentium, siue hominum auctoritate, & voluntate in vsum admissa? In *l. Ex hoc iure. ff. de Iust. & iure,* Hermogenianus Iurifconsultus dicit esse iuris gentium, bella, dominia rerum, ciuitates, contractus, & obligationes, quæ tamen reuera partim sunt iuris gentium, vt est idem, quod ius naturale, partim sunt iuris gentium, quod vel omnes, vel pleræque gentes suâ auctoritate constituerunt, vt statim declarabo.

Ex his soluitur secunda quaestio, An ius gentium sit ius naturale, an potius ius, quod vocant positium, hoc est, hominum voluntate positum? Sotus *lib. 1. de Iustitia, q. 3. ar. 4. & lib. 3. q. 1. ar. 3.* & Barr. Medina *1. 2. qu. 95. ar. 4.* credent esse ius positium, non naturale. Iuniores quidam Theologi, potius ad ius naturale pertinere arbitrantur. S. Thomas in *2. 2. q. 57. ar. 3. & 1. 2. qu. 95. ar. 4.* inuult ad ius positium reuocare, ita scribens: Est enim primò è ratione legis humane, quod sit deriuata à lege naturæ, vt ex dictis patet. Et secundùm hoc diuiditur ius positium in ius gentium, & ius ciuile, secundùm duos modos, quibus aliquid deriuatur à lege naturæ, vt supra dictum est. Et in responsione ad primum: Ius gentium, inquit, est quidem aliquo modo naturale homini, secundùm quod est rationalis, in quantum deriuatur à lege naturali per modum conclusionis, quæ non est multum remota à principiis. Vnde de facili in humani homines consenserunt. Distinguitur tamen à iure naturali, maxime ab eo, quod est omnibus animalibus commune. Et in *2. 2. q. 57. ar. 3.* quaerit S. Thomas, An ius gen-

tium

nium sit idem cum iure naturali: & respondet ab eo distinguuntur: tum quia ait: Sed contra est, quia Isidorus dicit, quod ius aut naturale est, aut civile, aut gentium: & ita ius gentium distinguitur à iure naturali: tum quia cum quaestionem proponeret, An ius gentium sit idem quod ius naturale; Videtur, inquit, quod sit idem cum iure naturali: & ad id probandum affert in medium tria argumenta, quibus suo more respondet. Ergo reuera S. Thomas sentit ius gentium sub iure naturali non contineri. Præterea B. Isidorus in cap. ius autem naturale, dist. i. ius refert triplex esse, naturale, gentium, & civile, & deinde in tribus capitibus proximè sequentibus, ea tria iura, tamquam distincta definit, & propria vniuersiuique illorum exempla proponit: ergo iuxta eius sententiam, in iure naturali non comprehenditur ius gentium. Præterea Iuriconsulti Vlpianus, Paponius, & Hermogenianus, ff. de Inst. & iur. ius diuidit in ius naturale, gentium, & civile, sicut eos etiam secutus Iustinianus Imperator in tria membra distribuit, Inst. de iure naturali, gentium, & civili: ergo ius gentium à iure naturali omnino distinguitur. Quod si naturale non est, sequitur, vt sit ius humanum, quod vulgo posituum dicitur.

Dicendum est in primis: Si ius naturale tam arctè, & strictè sumatur, quomodo acceperunt Vlpianus, & alij Iuriconsulti, pro eo iure quod descendit, & existit in hominibus ex instinctu, & impulsu natura: cum brutis quoque communi: tunc omne ius gentium à iure naturali secedit: quod ius gentium est id, quod ratio naturalis omnino homines docet. Ius verò naturale est id, ad quod omnes homines docentur ex natura instinctu cum aliis animalibus communi. Sed si ius naturale sumatur solum pro eo, quod omnes homines naturalis ratio docet, tunc meo iudicio ius gentium dupliciter sumatur, vt dixi: vno modo, vt est id, quod naturalis hominum ratio fieri, aut nou fieri precipit, & tunc est idem quod ius naturale. Vnde Cicero lib. 3. de Officiis: Neque vero inquit, hæc solum natura, id est ius gentium, &c. Et hoc modo accepit Iustinianus Imperator in Inst. de Rerum diuis. §. Singulorum, cum dixit, Quædam verum dominium nascitur iure naturali, quod appellatur ius gentium. Et S. Thom. in 2. 2. qu. 57. art. 3. ad 3. vbi ait: Ea que sunt iuris gentium, naturalis ratio dicitur, puta, ex proprio habentia æquitate. Vnde est, quod non indigent aliqua speciali institutione, sed ipsa naturalis ratio ea instituit. Et Cælius Iuriconsultus in l. Omnes populi, ff. de Inst. & iur. & l. ff. de Acquir. rer. dom. Altero modo ius gentium accipitur, vt est id, quod auctoritate, & voluntate hominum est in usum receptum, & tunc reuera non est ius naturale, sed ius posituum, id est humanum, & hoc modo S. Thomas accepit in aliis locis supra citatis: & Vlpianus Iuriconsultus in l. Manumissiones, ff. de Inst. & iur. cum dixit, manumissiones, & differentiam hominum liberorum, seruorum, & libertinorum esse iuris gentium. Alij namque Iuriconsulti ius gentium primo modo acceperunt, cum dixerunt ius gentium esse, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit. Cælius in l. Omnes populi, ff. de Inst. & iur. & Paponius in l. veluti, ff. eod. tit. ait: Religionem in Deum, & pietatem in parentes, & patriam, ad ius gentium pertinere. Florentinus etiam in l. v. vim, ff. eod. tit. dicit, ad ius gentium pertinere, vim, & iniuriam propulsare, & cognationem inter homines. Et Hermogenianus in l. Ex hoc iure, ff. eod. tit. tamquam effectus iuris gentium numerat bella, regna, & contractus.

Ex his intelligitur, non esse esse quidam recentiores Theologi reprehendant eos, qui dicunt, præcepta Decalogi esse iuris gentium, videlicet, quatenus est idem, quod ius naturale, vel quatenus distinguitur à iure naturali: quod contentum hominibus ex illò natura instinctu, qui est homini cum multis animalibus communi.

Secundò quaeritur, Quomodo intelliguntur ea, quæ B. Isidorus dicit esse Iuris gentium, in eius gentium, dist. i. ea item, quæ in iure gentium reponit Hermogenianus Iuriconsultus, in l. Ex hoc iure, ff. de Iustitia, & iur. Sciendum est, in iure gentium numerare Hermogenianum, quæ sequuntur, bella, discretas gentes, regna condita, dominia distin-

ctagrorum terminos, ædificia collocata, commercia, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes institutas, exceptis quibusdam, quæ à iure civili introducta sunt. Sic illæ bella intelligens ea, quæ auctoritate publica suscepta geruntur contra hostes, ad propulsandas iniurias, refarciendas damna, & recuperanda bona, quæ nobis ablata sunt: quod quidem ius belli descendit ex iure gentium, vt est idem, quod ius naturale, quia naturalis ratio omnes homines docet, vt publica auctoritate se iurantur ab hostibus suis iniurias tepellant, & repetant bona, quæ sibi sunt erepta. Discretas gentes intelligit nationes in varias prouincias dispersas. Regna condita vocat creationes Regum, & Principum, in quos ciuitates, & populi suam potestatem transfulerunt. Hæc etiam existunt ex iure gentium, vt est ius naturale, quia ratio naturalis dicit, vt gentes distinguantur pro varietate locorum, & prouinciarum, & constituantur reges publicæ auctoritate, à quibus ciuitates, & populi defendantur, gubernentur, & conferuntur. Porro leges, regum imperio latæ, & posite sunt, magistratus creati, constituta iudicia ad infontes absoluentis, & condemnandos fontes. Dominia distincta appellat Hermogenianus, diuisionem rerum.

Obijcies, quod in cap. Quo iure, dist. 8. ex Augustino refertur, iure Imperatorio dominia fuisse distincta, ergo non est verum, quod dixit Iuriconsultus, ex iure gentium descendere, vt sunt dominia distincta. Respondeo, speciatim iuris civilis esse, vt hæc res sit mea, ista tua, illa alterius: at generatim ius gentium, id est, ratio naturalis hominum dicit, vt res fiant propriæ, & diuisæ inter ipsos homines, vt distincta prædicantur, tollatur negligentia, qua singuli res multorum communes administrare consueuerunt, & pax conferretur. At, iure naturali, iniquitas, sunt omnia communia: ergo non dicitur ratio naturalis, vt ex res distendantur. Respondeo cum S. Thoma in 1. 2. qu. 94. art. 3. ad 3. iure naturali res esse communes, quia ius naturale res, & possessiones mirimè diuisit, sed diuidendas permisit: quemadmodum enim omnes homines naturaliter nudi nascuntur, quia nulli natura vestitum, cum nasceretur, dedit: nihilominus tamen ratio naturalis dicit, vt vestiantur homines, ne frigore, & alius eali intuitu obiecti perentis etiam natura rerum diuisionem non constituit, nihilominus naturalis ratio docuit talem diuisionem fieri. Ædificia collocata, vel collata, vt alij codices habent, intelligit Iuriconsultus vt res, & oppida, in quibus homines congregantur. Hoc etiam præcipit naturalis ratio, vt homines iniuriam à se propulset, & tamquam socij simul viderent, ac mutuis obsequijs, & officijs se iuuarent, fouerent, subleuant, & sustentarent. Commercium secundum Glossam, intelliguntur permutationes rerum, quibus vna res cum alia permutatur, vel intelliguntur generatim contractus.

Porro sciendum est, non solum emptiones, venditiones, & locationes esse iuris gentium, sed etiam alios contractus, vt dicitur in Inst. de Rerum diuis. §. Singulorum, videlicet, mutuum, commodatum, precarium, piguus, societatem, Mandatum, Donationes, Promissiones, siue Pollicitationes, item testamenta, legata, fidei commissum. Sciendum quoque est, in iis multa ius civile addidisse. Nam quemadmodum iuri naturali iura civilia saepe aliquid addunt, sic etiam iuri gentium: quoniam iure gentium contractus sunt quidem introducti, at tamen ius civile formam, & modum præscribit, quo fieri debeant, vel illi contractus: immo aliquando etiam decernit vt sic, & non aliter celebrentur, & vt non valeant, si aliter fiant. In hoc autem ius gentium à iure civili non tollitur: neque minuitur: quia ius gentium, verbi gratia, generatim constituit, vt res vendantur, locentur, donentur, permittentur, & testamenta condantur: sed formam, & ordinem non constituit, quo hæc fieri debeant: vnde ius civile id definit, atque decernit. Præterea iure gentium permittitur, vt hic, vel ille mutuum det, vel accipiat, item, vt donet, vendat, accipiat, permittat rem suam: & tamen iure civili decernitur ne id faciat sine consensu, & auctoritate huius, vel illius. In quo etiam ius gentium non corrigitur, aut mutatur iure civili, sed

deter-

sed determinatur hoc, vel illo modo, pro loco, tempore, rebus, & personis. Ad hæc, ius civile aliquando non cogit hominem seruare id, quod seruare cogitur iure naturali, vel gentium. Exempli gratia. Si quis simpliciter, & liberaliter aliquid alteri promittit, cogitur iure naturali, vel gentium præstare promissum; sed iure civili non nisi in certis causis compellitur.

Tertio quaeritur, quo modo intelligantur ea, quæ beatus Isidorus dicit esse ius gentium, in *cap. ius gentium, dist. 1.* Respondet, ibi B. Isidorus decem, vel undecim numerare, quæ iure gentium sunt constituta; quæ sunt hæc: Sedium occupatio: ædificatio, seruitia, bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, fœdera pacis, induciæ, legationes non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita.

Sedium occupationem possumus intelligere locorum alioqui vacantium occupationem, vel locorum hostilium, dignitatum, & honorum, bello iusto deuictis hostibus, vt exponit Glossa: ædificationem urbium, & oppidorum, munitionem castrorum, & arcium constructionem aduersum hostes; item erectionem murorum: Connubia inter alienigenas prohibita vocat matrimonia inter eos, qui sunt diuersæ religionis, sectæ, aut legis.

Quarto quaeritur, Quo modo seruitutes dicantur esse ius gentium secundum B. Isidorum in *cap. ius gentium*, & Vlpianum legis consultum in *l. Manumissiones, ff. de lictis, & iure*, & Cajum in *l. 1. ff. de ijs, qui sui, vel alieni iuris sunt*, & Florentinum in *l. Liberos, ff. de statu hominum*, & Iulianum Imperatorem in *Instit. de iure personarum, §. 2. & §. Serui*. Ratio dubitandi est, quia seruitus est contra naturam. *Liberos, ff. de statu hominum, & Instit. de iure naturali, & civili, §. Ius autem gentium.*

Sciendum est Aristotelem *lib. 1. politic. c. 3.* docere, aliquam seruitutem esse naturalem: verum de ea seruitute loquitur, quæ aliqui, vt pote minus ratione, & intelligentiã valentes, parere debent eis, qui prudentia, & sapientia præstant, ita vt ab his regendi sint corrigendi, si errauerint, coercendi, quæ ne perperam faciant, vt explicat S. Thomas in *2. 2. q. 17. art. 3. ad secundum*. At verò Iurisconsulti veteres, & Iulianus eos secutus, restant seruitutes esse contra naturam, in *l. Liberos, ff. de statu hominum, & Instit. de iure naturali, gentium, & civili, §. Ius autem gentium.*

Ad hæc difficultatem tollendam, ius civile interpretes docuerunt ius gentium esse duplex, primum, & secundarium. Bartolus in *l. Manumissiones, & in l. Ex hoc iure, ff. de iustitia & iure*; Baldus, Angelus, Paulus, & alij in *l. Si id quod, ff. de condit. indeb.* Ius primum dicunt esse communem hominum libertatem: Secundarij verò esse bella, captiuitates, & seruitutes, & manumissiones, quia omnes homines liberos naturã præcreant, & ad pacem inermes, & ad societatem propensos, & aptos. Atque secundarium ius gentium aliquando esse contra naturam: At verò quia homines in officio non continebantur: ideo ex iure gentium secundario bella, captiuitates, & seruitutes exhiberentur, indeque manumissiones, & genus libertinorum hominum. S. Th. hom. aliter respondet *2. 2. q. 94. ar. 3. ad 3.* nempe, Iure naturali homines nasci liberos, quia natura neminem fecit seruum: sed non prohibuit ne quis seruus esset: & ita iure quoque gentium sunt introductæ seruitutes, quamuis *2. 2. q. 37. ar. 3. ad 2.* ita dicat: *Hunc hominem esse seruum absolute considerando magis quam alium, non habet rationem naturalem, sed secundum aliquam utilitatem consequentem, vtilis est huic, quod regatur à sapientiori, & ille quo ad hoc iuratur, vt dicitur *lib. 1. Polit. cap. 3.* & ideo seruitus pertinet ad ius gentium, est naturalis secundo modo, sed non primo modo.* Sic ille. Sed non explicuit S. Thomas quomodo Iurisconsulti dixerint, & intellexerint, seruitutem esse contra naturam.

Dicendum existimo, B. Isidorum, eum dixit, seruitutem esse iure gentium constitutam, & Vlpianum, Cajum, Florentinum, & Iulianum, eum tradiderunt, seruitutes esse ius gentium, acceperunt ius gentium partim pro iure naturali, partim pro eo, quod magna pars gentium sua auctoritate,

& voluntate constituit. Seruitutem autem, quæ quidam alijs subiecti, ab eis reguntur, diriguntur, corriguntur, & prohibentur à malis, dixerunt esse ius gentium, hoc est, ius naturalis, quod omnes homines naturalis ratio docuit: & hæc seruitus non est contra naturam, sed naturæ consentanea, vt ostendit Arist. *lib. 1. Politic. c. 3.* At eam seruitutem, quæ erat apud Romanos, & pleraque gentes usitata, docuerunt esse ius gentium, videlicet eius iuris, quod auctoritas plurimarum gentium in usum admisit. Nam bello deuicti, capti fiebant captiuium: fiebant, inquam, serui, & mancipia talia, vt in eos domini haberent vitæ, & necis imperium, & non quantum deceret, sed quantum liberet, in seruos potestatem exercerent: & hæc est seruitus, quam veteres illi Iurisconsulti, & Iulianus Imperator dixerunt esse contra naturam: quia reuera talis erat non naturalis: quia dominus pro arbitrio dominabatur in seruos, & serui tamquam pecudes parere cogebantur: & ideo postea fuit Imperatorum constitutionibus correctæ, & emendatæ. Nam dominis est adempta potestas extendendi, vt constat ex *l. 1. ff. de iure personæ, & Instit. de ijs qui sui, vel alieni iuris sunt, §. In potestate*. Constitutione Antonini Imperatoris, qui sine causa seruum suum occidebat, non minus puniri iubebatur, quam si alienum seruum, hominemve liberum occidisset. Immo est etiam illis interdictum, ne eos aspererent, durè, & supra modum inhumaniter tractarent: alijs enim concedebatur seruis, vt coram iudice conquererentur, & agerent aduersum dominos: vt colligitur ex *l. Si dominus, ff. De ijs, qui sui, vel alieni iuris sunt*. Et alia multa præterea sunt iure civili introducta de seruis, videlicet, vt nihil proprium habeant, sed quicquid acquirerent, non sibi, sed domino acquirerent, non modo scienti, aut ratum habenti, sed etiam ignorantibus, & inuito, modo ex licita causa quaererent. *Acquiritur, ff. de acquir. rer. dom. Item*, vt non possent contrahere, nec agere apud iudicem.

Quinto quaeritur, Quo modo postliminia dicantur esse ius gentium, cum potius ad ius civile pertinere videantur. Respondet, Postliminium ius esse, quo restituitur alicui à captiuitate reuerso sua pristina bona, quæ propter captiuitatem amiserat. *l. Postliminium, ff. de Captiuis, & Postlimin. reuer. & c. xv. quas. 1.* Postliminium, inquit Paulus in ea lege, est ius amisse rei recipienda ab extraneo, & in pristinum statum restituenta, inter nos, & liberos populos, reges, moribus, & legibus constitutum. Sic ille. Quæcumque enim à nobis alienantur, ad hostem pertinet, cum à nostro limine exierint, si post ad idem limen reuertantur, postliminio redeunt. Et teste Festo, postliminio receptus est, si quis extra limina, hoc est extra terminos provincie captus fuerat. Si quartas, an hoc ius postliminij sit naturale, an verò gentium auctoritate, & voluntate introductum, profecto videtur id ius ex naturali ratione, & æquitate descendere, vt habetur in *l. Postliminium, modo citata, & Glossa ibidem.*

Sexto quaeritur, quomodo intelligendum sit, quod Beatus Isidorus dixit, ius gentium prohiberi connubia inter alienigenas? Ratio dubitandi est, quia Iosephum Patriarcham, & Moysen, & Samionem, & alios, vxores ex Gentibus duxisse legimus, Genes. 41. Exod. 2. Iudic. 13. Præterea, vt talia coniugia sint irrita, potius videtur ius diuini esse, vel humani, quam naturalis, vel gentium. Respondet, Ius gentium, hoc est, naturalis rationis esse, ne quis vxorem alterius religionis, sectæ, vel legis ducat, ne vxor virum ad aliam religionem pertrahat. Deinde, ne sint inter virum & vxorem diuersæ religionis, vel legis dissidia, quæ plurimum impediunt, & minuant mutuum amorem inter coniuges, concordiam, & pacem. Postremo talia coniugia nocere solent rectæ educationi liberorum. Et quamuis ius naturale non constituit talia coniugia esse irrita, & inania: prohibet tamen ne contrahantur. Iure autem diuino, vel humano irrita sunt: nec iure naturali prohibetur quis vxorem ducere alienæ religionis, si conuertatur ad veram religionem, & legem, quam vir proficitur: & ideo Iosephus Patriarcha, Moyses, & alij vxores ex Gentibus duxerunt,

quia fuerunt ad Iudaeorum religionem, & legem traducta.
Septimo queritur, An ius gentium potestate humana mutabile sit? Respondeo breuiter, Ius gentium, si accipiat pro iure naturali, quod ratio naturalis docet, mutari, vel in totum, vel ex parte non potest: quia non solum in totum, sed etiam ex parte naturale est: & proinde eadem ratio est de parte, quae de toto. Et talia sunt praecipua Decalogi, vt superius dixi. Si vero ius gentium accipiat pro eo, quod auctoritate, & voluntate plurimarum gentium constitutum est, potest tolli, vel minui lege Principis, vel Reipublicae, aut consuetudine. Et hinc est, vt Christiani iure belli capti, serui captiuentium non fiant, sed obfides tantum: nam id est apud Christianos vsu receptum, cum talis seruitus non iure naturali, sed plurimarum gentium auctoritate, & voluntate fuerit in vsum admilla.

Octauo queritur, vtrius sit potius credendum, Theologiae Doctores, an iuris interpretibus in cognoscendo & interpretando iure gentium? Respondeo: si ius gentium accipiat pro iure naturali, potius esse Theologorum standum, quam Iurisperitorum: quia, vt superius ostendi, hoc libro ca. 3. qu. 4. ad ius naturale cognoscendum, magis valet auctoritas Theologorum, quam Iurisperitorum. Si vero accipiat pro eo, quod auctoritas, & voluntas gentium recepit, magis est credendum Iurisperitis, quam Theologis, quia magis versantur in cognoscendis legibus, constitutionibus, edictis Magistratum, ac responsis prudentium, quae in iure civili continentur.

De Iure Diuino.

CAP. V.

PRIMO queritur, Quid nomine iuris diuini accipatur? Respondeo, strictè, & propriè ius diuinum dici, quod Deus proximè per seipsum, vel per alium: nomine tamen, siue mandato suo constituit, qualia sunt Sacramentorum praecipua, & quae olim per Moysen mandauit, vel ad tempus, vel in perpetuum: quo posito videndum est, Quot modis ius diuinum accipatur? In hac quaestione tres aliae continentur quaestiones: quarum prima est, An ius Canonicum interdum vocetur diuinum? secunda, An ius à Christianis Imperatoribus constitutum aliquando dicatur diuinum? tertia, An ius naturale, diuinum vere dici queat.

Quod pertinet ad primam quaestionem, Hostiensis in c. *Nimis, de Iurisdictione*. censet: ius Canonicum in eo cap. dici diuinum, cum ait Pontifex: *Nimis de iure diuino quidam laici usurpare nituntur, cum viros Ecclesiasticos nihil temporale obtinentes ab eis ad praestandum sibi fidelitatem compellunt.* Idem tradunt in eodem cap. Hostiensis secuti, Ioan. Andreas, Butrius, Ancharanus, Bellamerus, Anania, & Cardinalis. Id vero probat Hostiens. tribus argumentis. Primo, quia in cap. *Qualiter*, & quando 2. de Accusat. habetur ex auctoritatibus Noui, & Veteris Testamenti processisse Canonicas sanctiones. Secundo, quia in cap. *Inter corporalia*, de Translat. dicitur: *Non enim humana, sed potius diuina potestate coniugium spirituale dissoluitur, cum per translationem, depositionem, aut cessionem auctoritate Romani Pontificis, quem constat esse Vicarium Iesu Christi, ad Ecclesiam remouatur.* Ergo à simili ducto argumento, consuetudinem, quam Romanus Pontifex condit, & promulgat, Deus ipse condere, & promulgare videtur. Tertio, quia in cap. *Per venerabilem, qui filii sunt legitimi, versus Rationibus*, legitimus Romanus Pontifex accepit à Christo Domino potestatem interpretandi, & declarandi Scripturam sacram: ergo auctoritate, & potestate diuinam Romanus Pontifex declarat sacras litteras, & condit canones. Vnde addit etiam Hostiensis, Diuinum ius pro Canonico iure sumi, in constitutione Imperatoris Henrici, cuius verba citantur ab Honorio III. in cap. 1. de Iuram. calumnia, ad hunc modum legitur, *Nos itaque diuina, & humana legis intentione seruata, decernimus, & Imperiali auctoritate irreluctabiliter definimus: & reliqua, quae ibi sequuntur.*

Vbi ius Canonicum Diuinam legem appellat Henricus Imperator. Hae sententia Hostiensis Panormitano minime probatur in cap. *Nimis, de Iurisdictione*. num. 3. quia Canonicus, inquit, sanctiones in cap. *Non debet, de Consequenti*. humanae vocantur, etiam editae à Concilio generali. Et ideo dicit ibi Pontifex se posse eas reuocare, & re ipsa nonnullas abrogat. Glossa in prooemio *Clementinarum*, in verbo, *Iuris*, testatur, ius Canonicum, vel Civile, vel Synodale, vel Municipale, esse ius humanum. Profecto sententia Panormitani magis videtur communi iuri consentanea: numquam enim in toto iure communi legitur, appellatione iuris Diuini significati, & intelligi ius Canonicum. Nec id Hostiensis argumenta conuincunt: quoniam ius Canonicum in cap. *Qualiter*, dicitur ex scripturis Veteris, & Noui Testamenti processisse quidem non proximè, sed auctoritate Pontificis Romani, vel Concilij generalis: Pontifex vero, & Concilium condunt Canones, auctoritate, quae funguntur, Sacris litteris consentaneos. Quemadmodum etiam civiles Principes constituunt leges conuenienter iuri naturali: sed non propterea tales leges dicuntur naturales, sed humanae. Nec edicta, vel iussa Praetorum dicuntur regia, quamuis ea Praetores edant, & promulgent auctoritate, quam à Rege acceperunt. Fateor etiam, Romanum Pontificem esse summum Christi Domini Vicarium: sed consequens non est, vt eius constitutio sit diuina, quia diuina lex est, quam Deus per seipsum, vel per alium, nomine tamen ipsius, condidit: quemadmodum lex vetus diuina dicitur Act. 7. & Gal. 3. quamuis per Angelos, Dei nomine, Moysi data. At vero Romanus Pontifex Vicarius quidem Christi est, sed auctoritate ordinaria, quae fungitur, sanctiones Canonicas constituit, ac propterea humanae sunt: nam eadem auctoritate Pontificia possunt abrogari in totum, vel ex parte: at non possent, si essent diuinae. Dices, ius Canonicum est sacrum & diuinum. Respondeo, ius diuinum dici non solum, quia sacrum sit, sed quia illud condidit Deus, aut per seipsum, aut per alios nomine ipsius, veluti per Prophetas, Apostolos, vel Evangelistas.

Secundo queritur, An ius à Christianis Imperatoribus constitutum, aliquando dicatur ius Diuinum? Ratio dubitandi est, quia in cap. *Nemo 16. qu. 1.* Ioannes Pont. dicit: *Sed veneranda Romana leges diuinitus per ora Principum promulgata, &c.* Ergo ius Imperatorum diuinum est. Et Iustinianus Imperator in l. v. C. de Praescript. longi temporis. sic ait: *Ideo enim nostri maiores subtilissimo animo, & diuino quodam motu ad actiones, & earum iura peruenerunt, &c.* Ergo Imperatoriae leges, siquidem Dei impulsu condite sunt, pro diuinis haberi debent.

Constans est omnium opinio, ius Imperatorum, vel Regum, non diuinum, sed humanum esse, ac propterea sicut auctoritate humana, videlicet Imperatoris, vel Regis conditum est, sic eadem auctoritate, ac potestate tolli, & abrogari potest. Tale autem ius dicitur motu, & impulsu Dei constitutum, non quidem proximè, sed per rationem, nutum, & voluntatem Principis, adhibito Iurisperitorum consilio. Nam quemadmodum etiam Reges, & Principes dicuntur per Deum regnare, Prouerb. 8. & tamen non sunt diuino iure creati, & constituti Reges, vt fuerunt Saul, & Dauid. 1. Reg. 10. & infra 11. quia non proximè à Deo eliguntur, & creantur, sed suffragio populi, vel iure belli, vel hereditaria successione: sic etiam cum leges condunt, & iusta decernunt, à Deo habent, non quidem proximè, sed remotè, vt id faciant. Hinc etiam est, vt quamuis quis Principis legi non pareat, non propterea dicatur diuinam legem, vel mandatum violare, aut perfringere. Obijcies illud Apostoli, Rom. 13. *Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* Respondeo, eum quidem Deo resistere, non proximè, sed remotè.

Tertio queritur, An ius naturale dici queat ius Diuinum? Ratio dubitandi est, quia Gratianus *distin. 1. in prooemio* dicit, ius naturale est, quod in lege, & in Evangelio continetur: Sed ius in lege, & Evangelio contentum, est diuinum, ergo naturale ius diuinum est. Sonus libro 3. de

tia *qu. 1. ar. 2. art.* Ius primum diuidi in Diuinum, & Humanum: ius Diuinum in Naturale, & Positiuum. Ius autem humanum omne esse positiuum, & diuidi in ius Gentium, Ciuile, & Canonicum. Vnde, iuxta hanc Soti sententiam, Naturale ius est diuinum: quam opinionem secuti sunt iuniores Theologi, qui omnes vnico argumento permoti, Naturale ius (inquunt) esse diuinum, quia Deus naturam condidit, ac dedit; ergo quod naturalis ratio docet, & iubet, id quoque Deus iubet, & imperat. At simili argumento colligere nobis liceret, canonica iura esse diuina, quia sunt condita, vel à Concilio, vel à Romanis Pontificibus; sed Deus dedit hanc auctoritatem, & potestatem condendi sanctiones. Ergo quod ipsi iubendo, vel prohibendo constituunt, ipse Deus dicitur constituere. Quare dicendum mihi videtur, ius naturale quatenus naturale est, non esse propriè, & strictè, ac proxime diuinum, quia id Deus non per seipsum proxime, vel per alium suo nomine condidit, sed remotè per naturalem rationem iubentem, aut prohibentem aliquid: & ideo dictum est naturale ius, quia est cum natura rationis compote datum, non aliqua voluntate positum: ac proinde promulgatione non eget, quia ipsa naturalis illud per seipsum prescribit, ac docet.

Porro ius naturale dicitur diuinum, quale est præceptum, sine mandatum proxime datum à Deo: nam multa sunt iuris naturalis, quæ non solum naturalis ratio omnes homines docet, sed etiam Deus iubet: Decalogi enim præcepta iure, & ratione naturali dicantur, & tamen legis diuinæ mandata sunt. Item iuris naturalis est, vt quæ iurauimus, vel vouimus, impleremus, & tamen Deus ipse præcipit, vt iurandam, & votum seruemus: Ergo hæc simul sunt iuris naturalis, & diuini: naturalis quidem, quia ea naturalis ratio prescribit; Diuini vero, quia Deus ea præcipit. Iure etiam naturali omnis operarius dignus est mercede sua: hoc enim naturalis ratio docet, ac dicitur: iure quoque diuino operarius laboris sui stipendium meretur: Luce 10. dicit enim Dominus, *Dignus est operarius mercede sua.* Insuper, iure, & ratione naturalis, quisque prohibetur alij velle, & tacere quod sibi fieri non vult quod ipsum, & iure diuino facere prohibentur, dicente Domino: *Mat. 7. Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines: hæc facite illis.* Vnde S. I. h. 1. 2. *qu. 99. ar. 2. c. 4. & Alex. Par. 3. q. 27. memb. 2. ar. 1. & Grat. d. 3. c. 1. Non est peccatum. 5. Hæc itaque respondentur.* docent, in veteri lege diuina non solum præcepta mystica, quibus aliquid significatur, sed etiam præcepta moralia contineri: Ex od. 20. *Non occides. Non furaberis.* & reliqua: id genus: atque hæc præcepta moralia etie iuris naturalis, quæ nunquam mutantur.

Ex his intelligitur, quomodo sit accipiendum, quod Grat. *ar. d. 1. q. 1. Humanum.* Humanum genus duobus regitur, naturali & iuribus iure, & moribus, ius naturale est, quod in lege, & in Evangelio continetur. Vbi non significat Gratianus, quicquid in lege, & in Evangelio præcipitur, esse iuris naturalis, etiam postea, vt dixi, tradiderit in lege veteri diuina data esse multa præcepta mystica, quæ iuris quidem diuini, non tamen naturalis sunt. Solum igitur dicere voluit Gratianus, ad ius naturale pertinere ea præcepta moralia, quæ in lege, & Evangelio continentur, quibus quisque iubetur alteri facere, quod sibi fieri velit: & prohibetur alteri facere, quod sibi fieri nolit.

Quomodo igitur, inquit, ius generatim diuidi certo ordine, & arte poterit, ita vt comprehendamus ius Diuinum, Naturale, Gentium, Ciuile, Canonicum, & Positiuum, vt vocant? Respondeo, ius vniuersè diuidi

Primo, iuxta S. Thomam *in 2. 2. qu. 57. art. 2.* in ius Naturale, & Positiuum: & Naturale est, quod ipsa ratio naturalis docet homines, non aliqua voluntas constituit; Positiuum vero, quod aliqua voluntate diuinâ, vel humanâ positum est, non natura dicitur.

Secundò, ius diuiditur, etiam generatim acceptum, in Diuinum, & Humanum: ita vt Diuinum sit, quod Deus per seipsum, vel per alium nomine suo constituit. Et tunc huiusmodi ius Diuinum, aut est Naturale, aut Positiuum. Naturale est, quod Deus ipse præcipit, & naturalis ratio præ-

scribit. Vnde tale ius, non quatenus naturale est, diuinum in præfenti voco, sed quatenus Deus ipse præcipit: ac proinde si quid naturalis ratio præcipiat, idque in lege, vel in Evangelio Deus non iusserit, naturale vocatur, non diuinum. Contra, si quid Deus iubeat, quod naturalis ratio non doceat, id diuinum ius est, non naturale. Quare ius diuinum positiuum est id, quod auctoritas, & voluntas diuina, non natura constituit. Tali fuerunt præcepta mystica in lege veteri data, quæ S. Thom. Alexan. & ceteri Theologi ceremonialia, & iudicialia nuncupant. Tali etiam sunt præcepta Sacramentorum à Deo data, & per Apostolos promulgata.

Tertiò diuiditur, ius humanum, in ius Gentium, Ciuile, & Canonicum: sed tunc ius gentium accipitur, vt superiori capite dixi, pro eo, quod plurimarum gentium auctoritas, & voluntas in vsum recipit, non quod naturalis ratio omnes homines docuit. De Ciuili vero, & Canonico iure dicam capitibus, quæ proxime sequentur.

Quartò queritur, An ius Diuinum possit humanâ auctoritate, nimirum Pontificiâ mutari? Non queritur in præfenti, An summus Pontifex possit hunc, vel illum iuris ex causis soluere iure diuino: Sed, An possit ius Diuinum abrogare, tollere, aut mutare, de hac quæst. disputauit *par. 2. lib. 5. cap. 3.* Communis est, iuris ciuilis, & canonici iuris Interpretum opinio, aliquid ius Diuinum, in his quæ ad mores, & res agendas spectant, posse humanâ auctoritate, & proinde consuetudine, iusta ex causa restringi, determinari, & declarari, immo mutari ex parte, quamuis non in totum abrogari. Bart. in *l. Omnes populi. ff. de iust. & iure. qu. 3. principalis.* Cynus in *l. Rescripta. C. de Precibus Imperatori offerren.* Abb. Butr. Anchar. Felin. & alij in *cap. Quæ in Ecclesia de Constit.* & id probant multiplici ratione. Primum, quia ius diuinum: Ex od. 20. *Non occides.* in multis causis restringitur, & determinatur iure ciuili, vt constat ex multis legibus. *ff. ad legem Cor. de Ste.* Deinde, quia ij, qui auctoritate Principis, vel Republicæ sunt prescripti, & vulgò Banditi vocantur, impune possunt occidi. Solet autem concedi facultas consanguineis, vel cognatis alicuius, qui est ab alio interfectus, vt impune intendant homicidam. Tertiò, quia iuris diuini est: Deut. 19. Matth. 18. *Vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum:* & tamen iure ciuili cautum est, quod & vbiq; est ferè receptum, vt testamenta non valeat, nisi septem, aut pluribus testibus confirmata: & iure Canonico in certis quibusdam causis testimonium plurium, quam trium omnino requiritur. Quartò, iuris diuini est, vinculum voti, & iurandam; & tamen in multis causis pontificiâ auctoritate dissoluitur. Matrimonium iudem ratum non consummatum; diuini iuris vinculum perpetuum est; & tamen iustis de causis potest auctoritate summi Pontificis dirimi. Quintò, diuini iuris præceptum est, *Leu. 12. vt mulier, si masculum pepererit; quadraginta; si feminam, octoginta diebus ab ingressu templi prohibeatur.* *Iussu 18. Vt mulier itidem, quæ menstrua patitur; pro immunda habeatur, & sit à templo prohibita:* & tamen hæc præcepta sunt omnino sublata. Apostoli Sabbati cultum in diem Dominicam transulerunt; Ex od. 20. & tamè iure diuino præceptum fuit, vt Sabbatum coleretur.

Coart. in *Relict. super Regu. Peccatum de Reg. iur. in 6. p. 2. §. 11.* testatur sibi plurimum displicere communem huiusmodi vniuersæ iuris Interpretum sententiam, quia superioris præceptum nequit inferioris auctoritate in totum, vel ex parte tolli, & mutari; ergo quod est iuris diuini, nulla potest humanâ auctoritate abrogari. Dices, posse ex parte, non in totum mutari. Contra, inquit ille, aut ex ea etiam parte diuinum est, aut non est. Si primum, aut ex ea etiam parte mutari, vel tolli non potest. Si secundò, ergo etiam ex parte diuinum non sit, consequens est, vt diuinum ius non mutetur, sed humanum.

In hac controuersia in primis dicendum, penes Romanum Pontificem potestatem esse interpretandi, & declarandi ius diuinum, vt patet ex *cap. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi* quia est summus in terris Christi vicarius, cui dicitur est à Domino in beati Petri persona: *Ioan. cap. 21. Pasce oves meas:* & Matth. cap. 16. & *super hanc petram aedi-*

facio Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni celorum, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Declaratio verò & interpretatio iuris diuini tunc est quando, quod obiectum, ambiguum, & dubium in iure diuino est, legitime declaratur. Deinde talis auctoritas interpretandi ius diuinum, Cuius Principibus, vti Imperatoribus, & Regibus concessa non est, quia est spiritualis, & spiritualia in laicos non cadunt. Nihilominus tamen postquam huiusmodi Principes iuri diuino aliquid addere, quia tunc ius diuinum non mutant, sed prater illud aliquid aliud decernunt, cum hoc non sit ipso iure diuino illis interdictum.

Ex his facile respondetur ad argumenta obiecta: Ad primum quidem, in legibus illis, quae habentur in *Digestis ad legem Corneliam de Sicariis*, solum contineri, ut qui in certis causis eadem patrauerint, tanquam Sicarij puniantur: hoc autem non est contra ius naturale, quia huiusmodi leges poenam remittunt, non culpam cordis perpetrata. Quod si quae leges in iure civili eadem hominis, tanquam licitam suae iustae, & debita causa, permittant, in iure sunt, ac proinde secundum conscientiam locum non habent.

Ad secundum: Saepè ij, qui publice sunt proscripti, pro hostibus Republicae habentur: at Republica ius, & auctoritatem habet occidendi hostes, unde facultatem dare potest civibus, tanquam ministris, qui eos intermant, ut hostes boni publici. Haec tamen omnia ex parte licitum esse concedimus, si Republica, vel Princeps facultatem det, ut cognati, siue consanguinei possint occidere interfectorem consanguineum, quia datur occasio, ut interficiant vindictae causa. Nec obstat, si dicas, eam facultatem dari cognatis, tanquam ministris, quia reuera in illis ira, odij, & vindictae studium, & amor dominatur. Quare solum videtur Republica, vel Princeps concedere, ne poena legis contra homicidas puniantur: hoc autem non est ius naturale mutare, sed poenam legis iusta de causa remittere.

Ad tertium: In eo iure diuino: Vt in ore duorum, vel trium testimonium sit omne verbum: solum continetur, ut sufficiat duorum, vel trium testimonium, videlicet ad probationem causae: sed non vetatur quo minus in certis causis plures testes producantur, praesertim ad fraudes, & dolos tollendos: ergo ius diuino non derogat ius civile, vel canonicum, si plarium testimonium possidet: quoniam tamen si duo, vel tres testes sufficiant, quia tamen facilius est, contumpe: tres testes, quam septem, vel octo, ideo leges, & iura requirunt in testamentis, & aliis huiusmodi causis plures testes, quam tres.

Ad quartum: Quamuis voti, iurisdictionis, & matrimonij vincula sint iuris diuini: quia tamen humana voluntate suscipiuntur, ideo obiecta sunt multis incommodis, ac ideo summus Pontifex, vti Christi Vicarius, potestatem habet interpretandi, declarandi, & solvendi hunc, vel illum ab huiusmodi vinculis, non quilibet ex causa, sed ob publicum, & commune bonum. Unde hoc argumento non probatur, ius diuinum tolli, abrogari, mutari, vti auctoritate Pontificis, sed solum hos, vel illos potestatem summi Pontificis solui aliqua lege diuina ex iusta causa.

Ad quintum: Tria illa praecipua quamuis diuina fuerint, sunt tamen data ad tempus, non vt in perpetuum durarent, sed vt morte Christi cellarent, quia erant praecipua mystica, quae res futuras significabant, & propterea rebus, quas adumbrabant implens, esse desierunt.

Quintò quaeritur, An in iure diuino interpretando, & discernendo, sit magis credendum Theologiae Doctoribus, quam iuris Canonici professoribus? Petrus Ancharanus, Ioannes Anania, & Alexander Imolenis, aliique Pontificij iuris Interpretes censent in hac parte, praeterendos esse Theologos Iuriconsultos, quandocumque questio, vel causa exiit de iure diuino, quod mores, & res agendas spectat: et verò si de iure diuino tractetur, quatenus consistit in sacris Litteris interpretandis, in tradendis Fidei articulis, in restituendis, & conuincendis Haereticis potiores partes sunt Theologi, quam Iuriconsulti: sic illi. Quod probant, qui in iure Canonico sunt responsa Pontificum de Baptismo,

matrimonio, & aliis Sacramentis, de Vstura, de Iurisdictione, de Voto, de Adulterijs, de Haereticis, de Simonia, & alijs, quae ad mores, & actionem pertinent. Deinde quia multos, inquit Ancharanus, noui Theologos, qui in Quaestionibus de Vstura, & Simonia, errantes, contra Canones responderunt. Tertio, quia Theologi sentiunt, decimam non iure diuino, sed canonico deberi: & tamen in iure canonico sunt resolutio quatuor Doctorum Ecclesiae, videlicet Ambrosij, Augustini, Hieronymi, & Gregorij, & aliorum Patrum, & Romanorum Pontificum decreta, in quibus expressè dicitur, decimam iure diuino esse soluendam, & proinde in hac parte potius esse Iuriconsultis, quam Theologi: ita dicitur, & acquiescendum. Item Theologi sentiunt, Episcopatum gradum non esse Ordinem à ceteris distinctum, eam tamen ex iure canonico aperte colligunt, Episcopos in Ordine distincto conferri, & consecrari.

In hac re, meo iudicio, magis est Theologus, quam Iuriconsultus, fidei, & auctoritatis tribuendum: quia ius diuinum, siue sit credendum, siue agendum, ex sacris Litteris petitur, ac derivatur: at Theologus est sacras Litteras explicare. Deinde, ius diuinum, quod ad mores, & actiones atinet, in mandatis Decalogi continetur, & in alijs praecipis, quae ad Decalogum cerent, & necessario reuocantur: at praecipua Decalogi in Scripturis sanctis reponuntur, Scripturis verò Theologus, non Iuriconsultus interpretatur. Deinde, quis non videt, paucissima esse, quae Iuriconsulti tradunt de Sacramentis, & de alijs quae sunt iuris diuini, si conferantur cum his, quae S. Thomas, Alexander, Albertus, Ricardus, & Paludanus tradiderunt? Adde, quod vni S. Thomae auctoritas sufficeret, ad hoc persuadendum, & probandum, quod volumus, qui de virtutibus, & vitijs, de Iustitia, de Vstura, de Simonia, de Sacramentis, & alijs plenissime disputauit. Accedit, quod Vstura cum sit contra ius naturale, cognitio eius magna ex parte pedit ex morum Philosophia, quam Theologus, non autem Iuriconsultus plene callat. Contra ius item Empionis, Locationis, Mutui, Depositi, Commodati, & alia huiusmodi commercia, sunt iuris gentium, & ius gentium, quod plerumque est idem quod ius naturale, ex Philosophia morum cognoscitur. Postremo in iure Canonico sunt aliqua, quae magis ad iudicia, quam ad conscientias spectant. Praeterea inter Theologos sunt Summi, qui exactè de his, quae pertinent ad mores, & actiones, & conscientias, egerunt. Nec impedit, quod dixit Ancharanus, se Theologorum responsa legisse, qui de Simonia, & Vstura contra Canones responderunt: quia nos noui quorumlibet Theologorum auctoritatem defendimus, si maiorum, & insignium dumtaxat Theologiae Doctorum, quando cum eximijs, & egregijs iuris Pontificij professoribus comparantur, vt si S. Th. Alexandro, Alberti, Bonauer, Ricardi, & Scoti, & Paludani auctoritas conferatur cum auctoritate Innocentij, Hostiensis, Speculatoris, Archidiaconi, Ioannis Andreæ, Panormitani, & Ancharani.

Sextò quaeritur, An Romanus Pontifex possit hunc, vel illum iuris diuini vinculo solvere? Hanc quaest. tractauit *superius lib. 3. p. 2. c. 3.* Gloss. in cap. *Non est de Voto. & Voti redemptio* dicit, in Voto summum Pontificem non dispensare, sed declarare, & interpretari, quam Gloss. Panor. in eod. cap. nu. 5. ait, a potest esse contra textum in cap. *de Voto. & Voti redemptio*, ubi, *Votum, inquit, redimitur, & committatur ex dispensatione superioris.* Unde non solum potest Rom. Pontifex interpretari, & declarare vtrum votum obliget vouentem, sed etiam potest dispensare commutando, vel redimendo votum, vt in *c. Magna. & in c. de Voto. & Voti redemptio*. Nam quandoque declarat, quandoque absoluit a voto. cap. *Nos Sanctorum. & c. Auctoritate. 1. q. 6.* & hoc ait Gloss. in *c. Quanto de Iureiur. in verb. Carolus.* & ad argument. Votum in iure diuini, respondet Panor. loco cit. votum esse quidem iuris diuini, sed redimim, commutari, vel relaxari, & solui potest ex causa, quoniam ex tacto iuris diuini permissu hoc fit. Item, quia Papanus inquit, tenet locum *Dxi. vt in cap. Mulier. 24. quest. 5.* Haec ex Panormitano.

Ad quaestionem igitur principio positam, dicendum est,

dubitari non posse, quin Romanus Pontifex possit ex causa hunc, vel illum soluere aliquo vinculo iuris diuini: hoc enim constat ex vsu in Ecclesia recepto, quo soluit aliquos nexu, & obligatione voti, vel iurifurandi; cum tamen vtrumque vinculum sit diuini iuris. Dicimus (ex causa) nam conuenit inter omnes, vt docet Panorm. in cap. praedict. Non est. nu. 2. Cum summus Pontifex soluit aliquem vinculo iuris diuini, vt pote, voti, vel iurifurandi sine causa, tunc is, qui soluitur, tutus non est apud Deum. Hoc idem tradit Innocen. in cap. Cum inter. de Renuntiat. & c. Cum ad Monasterium, de Statu Regular. & Archidiaconus in cap. Florentinum. dist. 85. & Glossa in c. Quanto de Iurifur. inquam Glossam communitet omnes sequuntur iuris canonici interpretes, teste eodem Panorm. Objicies, inferior non potest superioris legem relaxari, sed interpretari tantum; & declarare: ergo Rom. Pontifex nequit quempiam à iure diuino excipere, vel eximere. Respondeo, Rom. Pontificem id facere tanquam Vicarium CHRISTI, qui cum Dei vice fungatur in terris, id iuris & potestatis habet, vt si subit causa, loco Dei, hunc vel illum hominem à iuris diuini vinculo, & nexu soluat: Matt. 16. Petro enim, & in ipso Successoribus dictum est: Quidquid ligaueris, & quidquid solueris super terram, erit ligatum, & solutum in caelis, & illa superiora: Ibid. Tibi dabo clauis regni caelorum, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

De Iure Canonico.

CAP. VI.

PRIMO quaeritur, Quid nomine iuris Canonici intelligatur? Respondeo, dictum est ius Canonicum à Canone, Graeco nomine; Canon vero Graece significat Regulam: vnde ius Canonicum appellatum est, quia Regulas Ecclesiasticas continet: & ideo dictum etiam est ius Ecclesiasticum; in super Pontificum, quia constat ex responsis, decretis, & sanctionibus Romanorum Pontificum: Canones vero dicuntur Constitutiones Conciliorum, quae Generalia sunt, Nationalia, vel Prouincialia. Constat etiam ius Canonicum aliquando ex legibus ciuilibus, videlicet Constitutionibus Imperatorum, & veterum Iuris prudentum responsis: quae quidem quatenus iure Canonico approbantur, & confirmantur, vim & locum habent in Ecclesia: alia vero minime.

Secundo quaeritur, Quot, & quibus libris constat Canonicum ius? Respondeo, ius Canonicum contineri in Collectione Decretorum facta à Gratiano, quae vulgò dicitur Decretum Gratiani; & in libro Decretalium, in quem collectae sunt Romanorum Pontificum constitutiones, iussu Gregorij IX. & in Sexto, in quo continentur aliae Constitutiones Romanorum item Pontificum collectae auctoritate Bonifacij VIII. & in Clementinis, quae sunt Constitutiones à Clemente V in Concilio Viennensi conditae, & in Extrauagantibus auctoritate Ioannis XXII. promulgatae.

Tertio quaeritur, An quod in Decreto dixit Gratianus, habeat vim iuris? Respondeo, minime, quia Gratianus non habuit auctoritatem iuris, vel legis condende. Ita Card. Alexandrinus in Praemium Decretalium. nu. 2. immo Glossa in §. Necessario. dist. 85. & §. Hac auctoritate. 13. qu. 2. falsi Gratiani coarguit. Vade testimonia quae desumpta ex Conciliis, & legibus, & Constitutionibus Pontificiis, & ex S. Patribus, non habent plus auctoritatis, quam habeant in his, à quibus accipiuntur, teste Ioann. Andr. cap. 2. de Rescript. Et propterea si in medium profert leges, quae alia coniectae sunt, vel sublatae, vel mutatae, vel aliis legibus, & Constitutionibus contrariae, auctoritatem non habent. Glossa in cap. Nouis. de Iudiciis. & in c. de Rebus Eccles. non alienan.

Quarto quaeritur, An talis liber Decretorum, tanquam authenticus sit approbatus, ita vt sit vtendum eo in Iudiciis, & in Scholis. Respondeo cum Ioanne Andrea in cap. 2. de Rescript. minime. Cardinalis vero Alexandrinus ait, in Praem. 5. numer. 2. à maioribus esse vsu approbatum, & in Scholis receptum, & in Iudiciis causarum, & in interpretarionibus Doctorum allegari solitum, & proinde au-

thenticum esse ad probandum talia, quae in eo libro continentur, qualia sunt ius in locis, ex quibus deprompta sunt: nihilominus nullam maiorem auctoritatem habere, quam habeant ibi, vnde accepta sunt.

Quinto quaeritur, Liber Decretalium quantum habeat auctoritatem? Respondeo, tantam, quantum dedit eis Gregorius IX. in Praemio eius libri, ad finem, his verbis: *Volentes igitur, vt hac tantum compilatione vniuersum in Iudiciis, & in Scholis, districtius prohibemus, ne quis praesumat aliam facere absque auctoritate Sedis Apostolicae specialiter.* Talem etiam dedit auctoritatem sexto Decretalium libro Bonifacius VIII. vt constat ex Praemio eius libri, illis verbis: *Et utamini de cetero in Iudiciis, & in Scholis, nullas alias praeter illas quae inferuntur, aut specialiter referuntur Decretales, aut Constitutiones à quibuscumque nostris Praedecessoribus Romanis Pontificibus post editionem dicti Voluminis (videlicet Gregoriani, vt ait Glossa) promulgantur, recepturi ulterius, aut pro Decretalibus habituri.* Eadem auctoritatem tribuit Clementinis Ioannes XXII. vt constat ex Praemio Clementinarum, ad finem, ita dicens: *Per Apostolica scripta mandantes, quatenus eas proprio affectu, & studio alacri eis sic nobis manifestatis, & cognitis, vsuri de cetero in Iudic. & Scholis.*

De Iure Ciuili.

CAP. VII.

PRIMO quaeritur, Quid appellatione iuris Ciuilis significetur? Respondeo, ius ciuile dupliciter accipitur; vno modo, vt est ius Imperatorum, & Principum Ciuilium auctoritate, & voluntate constitutum: & tunc distinguitur à iure naturali, & Gentium, diuino, & Canonico. Altero modo sumitur, quatenus est ius, quod vnaquaque ciuitas constituit: at in praesenti accipitur primo modo.

Secundo quaeritur, Ex quibus constat ius ciuile? Respondeo, constare, teste Papiniano Iuriconsulto, in *Libro autem, ff. de Iustit. & iure, ex legibus, Plebiscitis, Senatusconsultis, Decretis Principum, Responsis prudentum, edictis Praetorum.* Leges intelligit Papinianus, Constitutiones totius populi auctoritate latae: In his continebantur leges, quae dicuntur Duodecim Tabularum, & leges editae à septem Regibus Romanorum. Plebiscita dicuntur, quae Plebs Romana, vna cum Tribuno plebis condidit: vnde dicebantur etiam leges Tribunitiae. Senatusconsulta sunt leges, quas Senatus ferebat ad populum. Decreta Principum, sunt Constitutiones Imperatorum. Responsa prudentum erant ea, quae Iuriconsulti veteres, vt Papinianus, Scaeuola, Sabinus, Alphanus, Proculus, Labeo, Priscus, Iabolenus, Vlpianus, Paulus, Pomponius, Caius, Florentinus, Marcellus, Martianus, Hermogenianus, Africanus, & alij respondebant, quae auctoritate Imperatorum vim legis obtinuerunt. Edicta Praetorum Romae dicebantur, quae Praetores antequam ius redderent, solebant proponere, vt scirent, quod ius, de qua re quisque dicturus esset, seque praemuniret. *In Necessarium, §. Eodem. ff. de Origine iuris.* Haec omnia continentur in tribus Tomis Digestorum, & Codice Iustiniani Imperatoris, & in quatuor Libris Institutionum, Auctore eodem Iustiniano, & in Volumine, quod vulgò dicitur, in quo sunt Nouellae Constitutiones Iustiniani, Authentica nominatae, & tres posteriores libri Codicis, & duo libri Feudorum, & Constitutiones Frederici II. Imperatoris, itemque duae Extrauagantes Henrici VII. & Tractatus de Pace Constantiae.

Possit hoc loco tractari de iure Regio; quod habet Rex, aut Princeps in subditos: sed de eo suis locis egimus Tom. 2. Illud addendum hic censui, quod ad Angliae Reges spectat, Edictis, & Comitiorum statuta sibi subiectos praecipientes Haereticorum Ecclesias, preces, conuociones, ceterumque cultum sub grauissimis penis adire, & frequentare. Audio enim non desisse, qui perperam interpretentur ea, quae nos de ciuili modi edictis Tom. 1. c. 11. q. 2. & c. 4. & c. 27. q. 5. Na perspicuum est, vt dixi, non licere Catholico Ecclesias, seu conuenticula Haereticorum adire, vt haeretico Principi obediat id praecipienti, vt ea ratione Catholici haeresim profitem videntur. Cu-

iustitiam videntur esse Regis Anglorum edicta, & Comiti-
orum statuta, id vnum maxime pre se ferentia, quippe in eum
finem lata, vt omnes Angliæ subditi vnâ mente concordēs
sint in cultu communi exercendo, & admittendo. Illis verò,
qui tam impijs edictis, atque statutis obtemperant, fauere
non posset publica, quam dixi, testatio: tum quod ea vt fieri
deberet, à Magistratu non permitteretur: tum quod Satana
conuenticula vix, ac nē vix quidem Catholicum frequenta-
re posse putamus, sine suæ suorumque salutis periculo ma-
nifesto. Adde, quod caput est, communi Angliæ vsu, vt au-
dio receptum, propriaque statutorum ratione firmatum,
hæreticorum rituum frequentationem propè ab omnibus
haberi pro signo, quod aiunt, distinctiuo, & hæreticæ prauitatis
quædam professione, quâ Hæretici à Catholicis discernuntur,
quæ numquam, vt licita admitteretur, etiam si contra-
ria quolibet testatio præcesserit: cum sit, vt *in initio eiusdem
capituli 27. dicebam*, per se peccatum, atque adeo semper, &
quidem graue, factis quibuscumque hæresim profiteri. Quæ
omnia, in eam me sententiam adducunt, quam etiam ali-
quando rogatus respondi, vt putem in Angliâ Catholicis
non licere Hæreticorum Ecclesias, preces, conaciones, & ri-
tus adire, nisi ad id ciuili causa cogantur, quæ omnino sit à
religione aliena.

Posset etiam hic agi de iure paterno, quod pater habet in
filium familias, ac de iure herili, quod est penes herum in
seruum: & de iure virili, quod est viri ad vxorem? de hac ve-
rò questione tractabo in capite proximè sequenti in qua-
estione 5.

Posset itidem controuersia disputari, quidnam sit ius in
re, & quid ius ad rem: sed hæc questio tractabitur inferius,
cum ageretur de Dominio: nam in præsentem solùm agimus de
iure, vt est iustum, non vt est facultas quædam vtendi re, qua-
le est ius in re: nec vt est facultas petendi rem vt nostram, vel
nobis debitam, quale est ius ad rem.

De Iustitia.

CAP. VIII.

RELIQUVM est iam, vt de ipsâ virtute Iustitiæ dispu-
temus.

Primò queritur, Iustitiæ nomen quot modis acci-
piatur. Respondeo, multipliciter accipi: Primò, latissime, qua-
tenus significat quemlibet rectum voluntatis effectum. Sic
accipit B. Anselmus *lib. de Veritate, cap. 12. Iustitia*, inquit,
est rectitudo voluntatis propter se seruata. Secundo significat
amicitiam ad Deum, & proximum, quæ est charitas, de qua
August. *lib. 83. Quæstionum, qu. 61. Iustitia*, inquit, *est dilectio
Dei, & proximi*. Tertio, in sacris Litteris accipitur vniuer-
sum pro virtute, vt Matth. 5. *Beati qui esurunt, & sitiunt
iustitiam*. Quarto, pro beneficentia in alios: Sic accipitur
Matt. 6. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram ho-
minibus, &c.* In præsentem verò accipitur, quatenus est virtus
quædam, qua quis cuique quod suum est, tribuit.

Secundo queritur, Quot modis Iustitia definiatur? Vlpianus
Iurisconsultus in *Iustitia. ff. de Iustitia, & iure. Ius-
titia*, inquit, *est constans, & perpetua voluntas ius suum
cuique tribuendi*. Hanc definitionem reprehendit Agricola
lib. 2. de Inuentione Dialectica, cap. 5. Primò, eò quòd Iustitia
dicitur voluntas, eum non sit vis, & facultas mentis, sed
virtus quædam, & habitus voluntatis. Secundo, quia dicitur,
(constans, & perpetua) quod nimium in diuinam cadit ius-
titiam, non humanam. Tertio, quia dicitur (ius suum cui-
que tribuendi.) Cum Iustitia non solùm tale officium præ-
stet, sed etiam reddat præmia digna meritis.

Ceterùm sanctus Thomas 2. 2. *quæstione 58. artic. 1.*
defendit, & explicat prædictâ Iustitiæ definitionem: quam
etiam tuerentur iuris ciuili Interpretes, Accursius, Bartolus,
Baldus, Iason, & alij. *Voluntas*, inquit sanctus Thomas, *ac-
cipitur pro actu voluntatis, non pro ipsâ facultate mentis*:
Omnis enim virtus rectè descendit per actum, siue officium
quod facit: vel certè pro habitu, vel virtute iustitiæ,

quo voluntas facit, & promptè fertur ad tribuendum cui-
que, quod suum est.

Constans, & perpetua: Non vt interpretatur Accursius,
Bartolus, & alij, quod tantum sit definita apud Vlpianum
iustitia Dei, non hominis: Sed vt explicetur vis habitus, siue
virtutis, vt docet sanctus Thomas *loco citato*, Iustitia enim,
cum sit virtus, & habitus voluntatis, dicitur hominem non
ad tempus, sed perpetuò, & constanter, ac firmiter ad tri-
buendum cuique ius suum. Vt sensus sit, Iustitia, est quidam
mentis habitus, quo voluntas redditur stabilis, firma, & vali-
da ad perpetuò tribuendum cuique quod suum est. Vel est
habitus, quo voluntas ex certo, firmo, & perpetuo iudicio
rationis tribuit cuique ius suum: quia tametsi voluntas non
semper hoc faciat, cum interdu depraueatur: iudicium tamen
rationis naturalis, ex cuius præcepto iustitia suam ori-
ginem trahit, semper certat, & immutabiliter dicitur, vt ius
debitum cuique reddatur.

Tribuendi ius suum cuique. His verbis, iusti hominis of-
ficium, & ipsius iustitiæ opus explicatur, & appellatione ius-
tius latius intelligitur debitum, siue id quod bonum est, & æ-
quum secundum leges: neque enim semper preliis & stri-
ctus sumitur, vt est idem quod dominium rei, sed comple-
ctitur dominium, vsu, vsum fructum, possessionem, serui-
tutem, quasi dominium, vel quasi possessionem; denique om-
ne, quod alteri debetur ex contractu, vel quasi contractu,
ex delicto, vel quasi delicto, quo quis alteri iniuriam, vel
damnum intulerit. Vnde opus etiam iustitiæ est, premium,
vel penam debitam cuique tribuere.

Tertio queritur, An proprium iustitiæ sit, vt sit virtus ad
alterum? S. Thom. in 2. 2. *q. 58. ar. 2.* secutus Philosophum *li-
3. Ethic. ca. 2.* docet, Iustitiam in hoc distinguì à Fortitudine,
& Temperantia, vt hæc sit ad alterum, illæ verò sint homi-
nis ad seipsum. Nam qui fortis est, sibi ipsi fortis est, & tem-
perans pariter quisque sibi est: & iustus ideo est, quia cum al-
tero æquatur, eò quòd v. g. si decem ab illo acceperit, toti-
dem illi reddat. Vnde Aristoteles *loco citato* ait, rectè dixisse
eos, qui assebant, inter virtutes solam iustitiam esse bo-
num alienum, quia eius opus est reddere, quod debetur alte-
ri, aut quod suum est, tribuere. Obijcies, beneficentia, & ami-
cicia sunt ad alterum, & tamen non sunt iustitia. Item mis-
ericordia, & liberalitas circa alterum versantur: præterea obe-
dientia, religio, pietas, obseruantia, fides, quæ promissa præ-
stantur, species iustitiæ non sunt, & tamen tribunt alteri,
quod debetur. Adde his, quod si quis seipsum interimat,
contra iustitiam peccat, ergo etiam iustitia est hominis ad
seipsum. Respondeo proprium esse iustitiæ, vt sit ad alterum
reddendo ei ius suum. Prædictæ verò virtutes habent quiddam,
vt sint ad alterum, sed nō respiciunt ius legale alterius: Bene-
ficentia enim, & amicitia sunt ad omnes, superiores videlicet,
& æquales. Tales etiã sunt misericordia, & liberalitas. Obe-
dientiæ verò est superioris iussa capessere: Religiosis Deo cul-
tum debitum adhibere: Pietatis, patres, & patrii honorare:
Oseruantia, reuereri senes, & alios dignitate, & potestate
præstantes: Fidei, promissa cuique præstare. Quare S. Th. prædi-
ctas virtutes distinctas à iustitia constituit, sed ei annexas esse
testatur in 2. 2. *q. 58. ar. 1.* non quod species iustitiæ sint, sed
quod aliquid habent eum iustitia cõmuniter, quia circa alte-
rũ versantur. Ad illud argumentũ de eo, qui seipsum occidit,
respon. cum S. Th. 2. 2. *q. 64. ar. 4. ad 1.* eum quis sibi mortẽ cõ-
sciscit, peccat cõtra naturalem infinitum, & propensionẽ, qua
vnaqueque res seipsum timet, & cõseruare agit etiam contra
charitatẽ, quam sibi quisq; debet: insuper violat iustitiã du-
plici aliã ratione. Primò, quia quilibet est pars cõmunitatis,
& societatis humanæ, & propterea qui sibi vitã adimit, spoli-
at societatem humanã quadã parte debitã. Secundo, quia
Domini sumus, vt ait Apostolus, nimirũ seruimur: qui alienũ
seruum interficit, iustitiæ legem perfringit. Obijcies deinde:
Cuiuslibet virtutis opus est, bonum eius, qui virtutẽ habet,
& virtutis studio, & amore operatur: quomodo igitur Ari-
stoteles laudat eos, qui seiserunt, iustitiam esse bonum alteri-
us? Respondeo, opus iustitiæ, quatenus est officium virtutis,
eius esse, qui causã virtutis agit, & ideo eum reddidit

iustum

Iustum & bonum : at verò iustitia dicitur esse bonum alienum ratione rei ; quam alteri tribuit , quia tota versatur in reddendo cuique quod suum est.

Quartò quaeritur , An iustitia versetur solum inter æquales ? Aristoteles *lib. 3. Ethicor. cap. 6.* aperte docet , iustitiam esse inter æquales , inter ciues , scilicet , & inter eos , inter quos potest esse lex , siue ius civile . Æquale enim intelligit , non quod vnus non sit dignior , nobilior , vel honoratior altero : nam patricius plebeis , miles agricolà , ædificator futuro nobilior est , sed quod inter eos sit vicissitudo quædam , vt alij modò imperent , modò pareant , quales sunt ciues . Quare negat Aristoteles iustitiam esse inter eos , qui non sunt ciues . Appellat autem ciues , omnes homines liberos , qui possunt in vna ciuitate , vel societate coire , quamuis non cõeant . Rursum dicit tales esse debere , vt inter eos possit esse lex , quã videlicet , vnus habere queat actionem in alterum , hoc est ius exigendi , vel recipiendi quippiam ab altero , vt vi legis possit vnus alterum accusare , vel contra alterum agere , tanquam sibi obligatum ex contractu , vel quasi contractu , ex delicto , vel quasi delicto . Loquitur Aristoteles de iustitia , quæ ex iure civili , non diuino , vel naturali existit .

Quintò quaeritur , An sit verum , quod Arist. tradit *ead. lib. 3. cap. allegatis* . Non esse iustitiam patris ad filium , heri ad seruum , viri ad vxorem : nec ius patris in filium , aut heri in seruum , aut mariti in vxorem esse iustitiã . Ratio dubitandi est , quia si dominus seruum occiderit , vel ei oculum eruerit , vel sanam absciderit , aut pater filium , aut vir vxorem similibus malis affecerit , iniustitiã peccatum committit : ergo inter eos est simpliciter iustitia . Deinde , si filius sit emancipatus , aut seruus manumissus , vel vxor marito , aut vir vxorem cum occultum impedimentum legitime dimissa , potest inter eos esse propriè iustitia . Accedit , quod si filius patri aliquid furetur , aut seruus domino , vel vxor marito , vere contra iustitiam peccat . Præterea si filius habeat bona castrensia , vel quasi castrensia , & pater sibi vlturper aliquid ex illis bonis , simpliciter iustitiam violat . Si itidem vir dotalia vxoris bona absque eius assensu alienet , iniustus simpliciter est . Respondeo reuera iustitiam , quæ est iuris civilis inter hos , quatenus tales sunt , propriè & simpliciter non esse , hoc est , secundum leges , & iura ciuilia , quæ patriam potestatem in filios familias constituunt , non esse iustitiam , nisi tanquam ipse leges , & iura ciuilia decernunt ; quia pater & filius sunt quidem duo homines , sed dubitari non potest quin filius familias sit aliquid patris secundum leges , nimirum filius eius , quia genitus ab eo ; & proinde debet illi honorem , obsequium , & alimenta . Est filij quoque ad patrem pietas , cuius vinculum est æquius , & strictius , quam sit vinculum iustitiæ civilis , & proinde iniuria filij in patrem est impietas , nimirum grauior , & deterior culpa , quam sit iniustitia , & pater quæ pater est , filij est genitor , vnde debet eum educare , & instituire : quæ sunt pietatis , non iustitiæ opera , & officia . Cum itaque filius , vt filius est , sit aliquid patris , eius ad patrem , vel patris ad ipsum iustitia , secundum leges ; & iura ciuilia non est : quia secundum leges , pater & filius vna persona censentur ; & quod datur filio , patri datum videtur , & iniuria facta filio , patri illata existimatur . Dominus item , & seruus duo homines sunt : sed seruus secundum leges , & ius humanum civile quatenus seruus est , aliquid domini est , quia à domino possidetur , & domino acquirit , & iniuria quæ fit seruo , & damnum , quod ei inferitur , fit , & inferitur domino . Quare seruus , vt seruus est , cogitur domino obsequi , & parere . Dominus item vt talis est , debet seruo alimenta , & patrocinium . Maritus itidem , & vxor duæ personæ sunt , sed vna caro : *Genes. 2. Matt. 19.* quoniam coniuges sunt , matrimonij vinculo coniuncti ad procreandum sobolem , & educandam , ad gubernandam familiam , & ad mutua officia præstanda : quare vxor est aliquid viri , & proinde secundum leges , & iura ciuilia iniuria facta vxori , viro facta censetur . Et in hoc tota Aristotelis , quam hæcenus tradidimus , doctrina consistit : Et ideo merito Philolophus seipsum explicuit , quando dominus , inquit , & ser-

uus non sunt diuini , & separati , non est inter eos simpliciter iustitia , videlicet , secundum leges , & iura ciuilia , intellige ; si seruus manumissus non sit , nec filius emancipatus , nec vxor à viro ob occultum aliquid , & legitimum impedimentum separata . Noli tamen Aristoteles negare , inter hos , quatenus duæ personæ natura sunt , aut quatenus ciues sunt , iustitiam esse simpliciter , quæ ex iure diuino , vel naturali descendit . Item non inficiatur , inter eos esse iustitiam , si quam leges , & iura ciuilia constituunt : quemadmodum leges Romanorum voluerunt , vt pater nihil iuris haberet in bonis castrensibus , vel quasi castrensibus filij , & vt in bonis filij aduentitius haberet vniuersum , non proprietatem .

Sextò quaeritur , An inter dominum , & seruum ; inter filium , & patrem ; maritum , & vxorem , quatenus homines sunt , propriè , & simpliciter sit iustitia : Caiet. 2. 2. qu. 57. artic. 4. negat esse iustitiam : idque colligere videtur ex 5. Th. in ea quæst. 6. artic. in respons. ad 2. & ex Aristot. *lib. 3. Ethicor. c. 6.* Sorus verò *lib. 3. de Iustitia. qu. art. 4.* & Buidanus *lib. 3. Ethicor. q. 48.* censent esse propriè , & simpliciter iustitiam . Reuera dicendum est esse iustitiam inter eos , quæ ex iure diuino , vel naturali pendet : non tamen eam quæ secundum leges , & iura ciuilia constituitur : quia quatenus duo homines natura sunt , distincti , diuini , & seorsum accipiuntur : immo etiam cum considerantur vt ciues sunt , profecto inter eos est simpliciter iustitia iuris diuini , vel naturalis , quamuis non iustitia ciuilis , possunt enim inter eos esse contractus , vel quasi contractus , & iuris diuini , vel naturalis pacta . Vnde Seneca *Epist. 47. lib. 1. de Clementia. cap. 18.* multis comprobatur argumentis , inter dominum , & seruum esse iustitiam , & beneficentiam , quæ videlicet , ex iure diuino , vel naturali ortum habet , & scilicet est inter eos , vt homines sunt . Idem ostendit Macrobius *lib. 3. Saturnaliorum , c. 11.* quod accepit ex Seneca . Aristoteles verò , & Sanctus Thom. solum negant iustitiam inter eos homines esse , nimirum , si considerentur , vt pater & filius , vt dominus , & seruus , vt vir , & vxor , secundum leges , & iura ciuilia , quæ potestatem constituunt patriam , aut herilem , aut virilem .

Septimò quaeritur ; An verum sit , quod Aristoteles docet *lib. 3. Ethicor. cap. 9. contra Euripidem* : Neminem pati iniustitiam , siue iniuriam volentem : De hac quæst. sanctus Thome 2. 2. qu. 59. artic. 3. Buidanus *lib. 3. Ethicor. q. 23. Sol. 1. 3. de Iustitia. qu. 3. art. 3.* Respondeo verum esse , dummodo sit simpliciter volens , & non ex necessitate , vel fraude , nec ex metu ab homine inculsois , inquit Aristoteles , iniuria afficitur , qui præter voluntatem suam læditur . Incontinentes , qui meretrici pecunias dat , iniuriã non afficitur , quia meretrix accipit à volente . Ceterum iniustitiam , vel iniuriam patitur quis aliqua ex parte , quatenus aliquo modo nolens patitur . Si simpliciter , & absolute nolens sit , simpliciter iniustitiam , vel iniuriam patitur : si autem ex aliqua parte tantum nolens sit , tunc aliquo modo iniustitiam , vel iniuriam patitur , videlicet , quatenus nolens est , vt g. si Titius promittat , vel det Caio latroni centum nummos aureos metu mortis , ne occidatur ab eo : Si id latro non fecerit , iniustitiam , siue iniuriam passus est , quoniam non simpliciter voluit Titius promittere , aut dare : nec dici potest Titium donationem facere , quia donatio est sui natura gratuita , & liberalis . *l. 1. §. l. donari. ff. de Donat.* At Titius dat ex causa . Idem iuris est , si Titius , vt redimat iniquam vexationem , quæ vexatur à Caio tyranno , promittat , vel det , illi mille aureos . Item si Titius promittat , vel soluat vlturas Caio , quia Caius , à quo petit mutuum , non nisi cum lucro voluit ei mutuum dare , iniustitiam , vel iniuriam aliqua ex parte passus est ; quoniam Titius non nisi ex necessitate , & causa promittit , & soluit vlturas Caio , quia aliter à Caio mutuum non accepisset . Eadem quoque ratio est , si Titius sciens emit à Caio librum maiori pretio , quam valeat , aut si vendat sciens vilius , quam liber estimetur : quia emit Titius , aut vendit librum minoris , aut plus , ex necessitate , eò quod Caius non emeret , aut venderet aliter librum . Item si Titius pecuniã Caio daret , vt ab eo beneficium ecclesiasticum impetraret , iniuriã passus est : aut Ecclesia illa , in qua est beneficium , iniuriã est affecta ; n-

Carus beneficium gratis conferre debet: & Titius pecuniam dat, quia aliter beneficium non consequeretur. In horum singulis donatio non est, quoniam is qui dat, ex causa dat, non gratis & liberaliter. Quid si Titius sua sponte pecuniam offert Caio: tunc sibi iniuriam non facit, sed Ecclesiae, cuius est beneficium: illa enim non vult, vt pecunia ob beneficium offeratur, aut detur; vnde is qui accipit, debet ex Iustitia constituta ab Ecclesia, restituere Ecclesiae cuius est, non ei, qui dedit. *cap. De hoc. de Simonia.* Est igitur verum, quod tradit Aristoteles, videlicet: Nemo volens iniuriam patitur: nimirum si fuerit volens simpliciter, & absolute, iniustitiam, aut iniuriam simpliciter non patitur: si vero aliqua ex parte, vel causa fuerit nolens, eatenus iniustitiam vel iniuriam patitur: quod etiam congruit cum regula iuris: Scienti, ac volenti non fit iniuria. *cap. Scienti. de Regul. iur. in 6. qua sumpta est ex l. Nemo. ff. de Regul. iur.* vbi dicitur. [Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt.]

Obijciat aliquis id, quod habetur in *cap. Contingit. de sent. excomm.* vbi dicitur, de Clerico, qui volens fultibus est ab alio casus: quamvis non violenter, iniuriose tamen est casus: vnde in excommunicationem incidit, qui percussit. Respondeo, iniuriam esse factam, non Clerico, sed toti ordini Clericorum, vt ibi dicitur. Idem iuris est, si Clericus volens conueniatur coram iudice: tunc enim facta est iniuria non Clerico, sed Ecclesiae. *c. 2. de for. comp. cap. Si diligenti. eod. titulo.*

Opponet alius, quod habetur in l. C. de Raptu virg. vbi statutum est, puniendos esse capitali poena eos, qui raperint virginem, eam volentem. Respondeo, iniuriam fieri Reipublicae, ob cuius commune bonum, id lege Principis ventum est. Item, iniuriam fieri parentibus, tutoribus, & curatoribus, si quos habuerit virgo raptas: quod si non habuerit, satis est lex à Principe lata, qua raptus virginis etiam volens prohibetur.

Si id quoque quis obijciat, quod habetur in l. Si quis seruo. C. de Furtis, & seruo corrupti. vbi dicitur: *Si quis seruo alieno suaserit, ut domino suo furatur, & ad se rem furtiuam deferat: & postea seruus domino sciente, & volente furetur, & ad ipsum suasionis auctorem detulerit, actione furis, & serui corrupti iudicatur, & eodem damnatur.* Respondeo: quamuis illi domino sciente, & volenti facta iniuria non sit, factam tamen esse Reipublicae, in cuius communiōe Princeps eam legem fauicuit. Idem dicendum est de eo, qui seipsum scies, ac volens interimit, aut sibi ipsi manum abscindit: nam facit iniuriam vel Reipublicae, cuius eius & pars est: vel si nullius Reipublicae eius est, cum sit solus, facit iniuriam Deo, cuius seruus est, & cuius iniuria ex vita migrat, cum non nisi iussu Dei, possit quis iure eius excedere. Idem dicendum de Titio, quo volente Caius cognoscit vxorem ipsius volentem: nam tamen illis coniugibus volentibus iniuriam Caius non facit, facit tamen Deo, & Reipublicae, & verè adulter est, & poena in adulteros constituta, reus, & actione adulteri tenetur: quia iure diuino, naturali, & humano est adulterium omnino prohibitum: cui iun coniuges irrationabili voluntate cedere nequeunt. Idem iudicandum de duobus coniugibus, qui sua sponte matrimonium dissolunt; aut de viro, qui sine causa vxorem volentem repudiat: id enim lege diuina, & naturali prohibetur. Fit itaque iniuria Deo, qui eam legem tulit, & per se, & per naturam ipsam. Idem sentendum de marito, qui volente vxore plures alias vxores ducit sine auctoritate Dei, quia quamuis vxorem iniuria non afficiat: facit tamen iniuriam Deo, qui id fieri omnino prohibuit.

Vltimò obijciat quis; Si pupillus, aut minor faciat donationem sciens, ac volens, sine tutore, vel curatore, is, cui donauit, retinere iuste non potest: & tamen scienti, ac volenti pupillo, vel minori iniuriam non facit. Respondeo, pupillum, vel minorem, quamuis sit suorum bonorum dominus; tamen esse factum inhabilem legum decreto ad donandum rem mobilem sine tutore, aut curatore, & rem immobilem sine decreto iudicis. *Instit. Quibus alienare licet,*

vel non. §. Nunc admonendi. & ideo iniuste retinet is qui accepit, quia habet ab eo, qui est factus inhabilis legis auctoritate. Scienti autem, & volenti, secundum leges, non fit iniuria: scilicet vero, si quis velit contra leges, & iura: tunc tamen iniuriam sibi non facit; facit tamen Principi, qui tale quid lege prohibuit. Idem dicendum est de prodigo, cui à Iudice legitimo interdictum est donare. *l. 1. ff. de Curat. furioso.* & de quouis alio, cui auctoritate legis est interdictum contrahere. Idem quoque est de milite, qui lege, concubinae donare prohibetur. *l. 2. de donat. inter vir. & vxor.*

Octauò quaeritur, An quis seipsum possit iniuriā afficere: De hac questione tractat Aristoteles *lib. 3. Ethicor. cap. 11.* Burdanus *lib. 3. Ethicor. qu. 28.* Aristoteles eo capite probat quibusdam rationibus, per se non contingere, vt quis sibi ipsi iniuriam inferat. Ceterum videntur esse argumenta contra Aristotelem. Nam si quis sibi mortem conscuerit, vel sibi manum absciderit, vel oculum eruerit, vel linguam amputauerit, haud dubie sibi ipsi facit iniuriam, non alteri. Aristoteles *eodem loco* docet eam, qui se interimit, non sibi iniuriam facere, sed ciuitati, quia Reipublicam priuat ducere, vel milite, vel artifice, vel denique ministro, & cive: & ideo Reipublica punit eum, qui sibi mortem intulit: nam sepulturam debitam ipsi denegat, & bona eius sibi sumit. Sed quid si vnus tantum homo esset in mundo, vel in ciuitate, & is seipsum occideret? Responderet S. Th. 2. 2. qu. 59. ar. 3. ad 2. cum qui seipsum iugulat, & Reipublicam, & Deum iniuria afficere, quia ciuitatem eue spoliat, & Deo seruum auferit. Et *q. 64. ar. 5. ad 1. ait:* Cum quis sibi mortem inferat, & peccat contra charitatem, qua quique se, & vitam suam tuetur, & seruare debet, & contra communitatem, quam cive priuat, & contra Deum, cuius seruus, perimit. Et ex his capitibus peccat contra iniustitiam. Hae ex S. Doctore. Aristoteles igitur, & S. Tho. planè docere videntur, qui sibi vitam eripit, sibi iniuriam non inferre, sed communitati, vel Deo, qui per se, & per naturam iustitiae, ne quis sibi mortem conscueret: nemo enim est iustus, vel iniustus nisi ad alterum, quamuis aliquis possit sibi esse carus, vel iniustus, aut odiosus.

Nonò quaeritur, An fieri queat, vt quis iniuriam faciat, & nemo sit qui iniuria afficiatur? Respondeo id fieri posse: nam si quis vendiderit plura, quam valeat res, vel ement vilius, iniuriam facit, & tamen si Titius v. g. sciens, ac volens carius ement, vel vilius vendiderit, iniuria non afficitur, quia scienti, ac volenti non fit iniuria, & nemo volens iniuriam patitur. Item si Titius sponte sua lucrum ex mutuo Caio vltorio decerit, aut centum aureos latroni miananti ei necem nisi dederit: aut fundum tyranno eum inique vexanti, non patitur iniuriam, quia volens dat lucrum, centum aureos, vel fundum, & tamen Caius vltorio, vel latro, vel tyrannus iniuriam facit. Item si Titius occidat Caium consentientem, iniuriam facit, & Caius iniuriam non patitur, quia volens perimitur à Titio. S. Th. 2. 2. qu. 59. ar. 2. ad 3. docet aliquem facere iniustum posse, cum vult iniustum facere, & tamen alium non pati iniustum, quia volens patitur. Et in argumento tertio dixerat, vt cum quis alteri vedit rem carius, quam valeat. Reuera vsurarius restituere debet lucrum ex mutuo ei, cui mutuum dedit, quia nullo iure illud retinere potest: non iure donationis, quia donatio est gratuita, & liberalis sua natura. *l. 1. & l. Donari. ff. de Donat.* non iure mutui, quia ratione mutui solū debetur tantumdem, quantum est datum, & acceptum. Idem dicendum de latrone minante mortem alteri, & ideo accipienti centum aureos ab eo: & de tyranno inique alterum vexante, vt habeat ab illo fundum: nam iure donationis neuter retinere potest, quod accepit, quia is qui dedit, non gratis, & liberaliter dedit, sed ex causa cogente, non aliquo alio iure, ergo restituere utrique cogitur secundum conscientiam ei, qui dedit. Idem iudicandum de Titio, qui vendit Caio rem carius, quam valeat; quia nec titulo donationis accipit, cum non det emptor gratis, & liberaliter, sed ex causa & necessitate: non titulo venditionis, quia res tanti, & non plura, aut minoris vendi, vel emi iure potest, quanti aestimatur: & in his singulis etiam patitur iniuriam is qui dedit, quia non simpliciter voluit, sed ex parte. Et ideo

S. Thom. loco citato solum significavit, eum, qui vendit rem carius quam valeat, simpliciter facere iniustum, quia simpliciter vult eam vendere, sed emptorem, eam ratione, qua vult eam vendere, iniustum non pati, sed quia ratione ex causa, & necessitate vult, iniustum pati. Ita etiam pueri multa patiuntur sibi noxia volentes. Aegroti item, sed non omnino & simpliciter suam voluntatis compotes. Tyranni quoque qui Martyres torquebant, & necabant, simpliciter iniustum faciebant, & Martyres iniustum patiebantur, quia etiam pro Christo, pro Fide, pro Religione tormenta sustinebant, nolebant tamen, ut Tyranni inique facerent.

*Qua in re, tanquam in obiecta materia,
Iustitia versetur.*

CAP. IX.

Primo queritur, An sit proprium Iustitiae circa actiones versari, An vero veretur etiam circa actiones animi affectiones, quae passionibus appellantur. Sanctus Thomas in 2. 2. q. 58. ar. 6. q. 2. q. 4. do. art. 2. q. 3. docet, Iustitiam esse circa operationes sive actiones: alias vero virtutes circa animi affectiones, sive perturbationes, sicut etiam Ricardus in 3. Dist. 33. art. 9. 3. Hoc vero ita probant, ac firmiter, quia fortitudo est moderata & temperate timores & audacias: Temperantia vero cohibere cupiditates, & oblectationes. Unde fortis, sedatis repressisque timoribus, & audacis pericula suscipit, aggreditur, expectat, sustinet, sicut oportet. Temperans vero compressis, ac domitis cupiditatibus, & oblectationibus, temperanter agit, Iustitia autem est, distribuere bona pro meritis cuiusque, punire peccata pro debito delicti, tribuere cuique quod suum est, non vero aliquo animi affectus coercere: quia ceterae virtutes illos refrenant. Porro Buridanus lib. 3. Ethicor. quest. 1. q. 2. q. 2. & Martinus quest. de Fortitudine. An. 2. in Tractat. 3. Moral. cap. 5. affirmant omnem virtutem generatim versari circa animi perturbationes, quas moderatur, & temperat. Quam sententiam illi confirmare nituntur multiplici argumento. Primum, quia Aristoteles 2. Ethic. cap. 3. Omnis, inquit, virtus moralis versatur circa oblectationes, & tristitias. Deinde, Iustitia combert quosdam animi perturbationes, quas Fortitudo, & Temperantia non cohibent, veluti amorem, desiderium, & cupiditatem lucri sive pecuniae, & delectationem ex lucro provenientem, & tristitiam ex iactura lucri: his enim affectibus nondum repressis, difficilis est bona voluntatis electio in distributionibus pecuniarum, & in restitutionibus. Docent praeterea iidem Auctores, omnem virtutem, etiam Fortitudinem, & Temperantiam esse circa actiones, & non solum circa affectus animi, quia Aristoteles lib. 3. Ethicor. cap. 4. ait, virtus potius est bene agere, & operari, quam bene pati, aut turpe non agere. Deinde virtus est bonum eligere; item sobrietas, & castitas vivere, fortiter pugnat: electio est actio, ergo omnis virtus est circa actiones.

In hac controversia immerito Buridanus, Martinus & Almainus a Sancti Thomae doctrina recedunt: cum revera hac in parte, eadem sit Aristotelis sententia, quam sanctus Thomas tradit. Nam Aristoteles perspicue docuit, Fortitudinem, & Temperantiam circa affectus animi versari: Iustitiam circa actiones. Sciendum autem est, actiones in presenti dicti, externas operationes, non internas, cuiusmodi sunt electiones, intentiones, voluntates, proposita mentis. Actiones itaque sunt, distribuere praemia, bona communia inter multos dividere, vindicare, vel punire delicta, alienum restituere, tribuere singulis quod suum est. Praeterea, affectus animi quamvis multi sint, reducuntur ad quaedam capita praecipua, nempe ad amorem, cupiditatem, metum, dolorem, delectationem, desiderium, tristitiam, tales autem affectus ex rebus ipsis bonis, vel malis cognitione perceptis proficiuntur.

Ex his facile est aduersariorum argumenta dissolvere. Nam fatemur quidem cum Aristotele, virtutis esse bene

agere & operari, quia eius est bonum velle, statuerere, intendere, eligere. sed quando Iustitia dicitur circa actiones versari, actiones intelliguntur externae, non internae voluntatis, & mentis. Et cum aduersarij dicunt: Etiam Fortitudinis, & Temperantiae sunt actiones externae, quia fortis pericula subit, arma tractat, ut bella gerat; Temperans vero ebum capit & potum sicut oportet. Respondet, Iustitiam esse proximè circa actiones externas: Fortitudinem vero, & Temperantiam remotè, non proximè, quia tales virtutes proximè temperant, & moderantur affectus, & deinde voluntas eligit bonum, & vitium ipse homo exequitur, & odit virtutis opus, & officium. Ad aliud quod obijciunt ex Philosopho dicente; omnem virtutem moris esse circa tristitias & delectationes. Respondet, sensum Aristotelis esse, hominem virtutem bonum eligere, & malum respicere. In eligendo bono delectatio est; in patiendo malo tristitia, & dolor: hominis igitur est ob virtutem quam habet, delectari de bono quod eligit, tritari ob malum quod pati & sustinere compellitur. Ad vitium, respondeo, cupiditatem & amorem pecuniae & lucri, & delectationem ex lucro provenientem, dolorem quoque & tristitiam, qui oriuntur ex amissa pecunia, satis per Temperantiam virtutem posse reprimi & cohiberi: Metu vero sive timore amittendi lucrum, per ipsam Fortitudinem represso: & cupiditate lucri per Temperantiam sedata, & cupiditatem alieni debitam tribuit sicut oportet.

Secundò queritur, In qua animi facultate Iustitia inherat: Sanctus Thomas 2. 2. quest. 56. art. 4. 3. q. 2. 2. quest. 58. artic. 4. docet, Iustitiam in voluntate esse ponendam, Fortitudinem vero & Temperantiam in appetitu sensus: quia Fortitudo, inquit, & Temperantia sunt ad refrenandos affectus animi, ac tales affectus dominantur in appetitu sensus, ergo in eo Fortitudo & Temperantia collocantur. Nec tunc in voluntate Fortitudo vel Temperantia, quia tales virtutes non tendunt in bonum alienum, sed in bonum nostrum: voluntas autem in proprio bono eligendo difficultatem non patitur, nisi quando in appetitu sensus dominantur affectus: his ergo repressis ac domitis, nulla praeterea virtutis opus habet voluntas ad proprium bonum eligendum. At vero quia Iustitia non est compellere ac refrenare villos animi motus, ideo in appetitu sensus locum non habet, sed in voluntate, quia sedatis omnibus animi affectibus, adhuc voluntas difficultate retardatur, nec facile fertur ad alienum bonum, ac propterea opus habet virtute, qua se reuera ad bonum alienum. Hanc Sancti Thomae sententiam, communem vocat Durandus in 3. Dist. 33. q. 4. At S. Bonaventura in eodem lib. q. Dist. art. 1. q. 1. Henricus Quodlib. 4. q. 22. Scotus quoque eod. lib. q. Dist. q. 1. Occ. in 4. quest. 10. Gabriel eod. lib. q. Dist. quest. 1. ar. 2. con. lu. 3. q. 4. N. A. 101 in 3. Dist. 36. quest. 1. q. 2. Almainus in Morali. Tractat. 3. cap. 6. Buridanus lib. 2. Ethicor. cap. 22. duplices habitus morales esse restantur, quosdam quidem in appetitu sensus ad coercendos affectus, alios in voluntate ad bonum eligendum: habitus vero in appetitu sensus constitutos cernent non esse per se virtutes, quia non sunt ad eligendum bonum, sed ad refrenandas animi perturbationes: & virtus est, quae bonum eligitur. Habitus vero, qui in voluntate ponuntur, dicunt esse proprie, & simpliciter virtutes. Unde quos habitus Fortitudinis, & duos Temperantiae, duos item Iustitiae constitunt, quia in appetitu sensus sunt cupiditates pecuniae, vel lucri, quas necesse est, ut quidam habitus Iustitiae moderetur. Secundum hanc sententiam virtus moralis non est simplex habitus, sed duplex, unus in appetitu sensus, alter in voluntate.

Sed probabilior est opinio S. Thomae, quia Fortitudine, & Temperantia, & aliis virtutibus, quae sub his tanquam speciebus continentur, omnes perturbationes animi reprimuntur, & ideo habitus Iustitiae opus non est, quae pecuniae cupiditates moderetur, ac temperet. Nam si unus homo fortis sit, & temperans, eo ipso immo dicitur, et refrenatus virtutibus, vel lucri, contra vero, si quis iustus quidem fuerit, non tamen temperans, cupiditatibus vincitur.

Si fortis non sit, timore vel audacia huc, vel illuc trahitur ad id, quod non decet. Superatis verò & dominis affectibus animi, difficultas in voluntate non est in eligendo bono fortitudinis, vel temperantiae, ac propterea non eget voluntas habitu ad difficultates pervincendas: nam suapte natura facile ad suum bonum fertur, non ad bonum alterius. Vnde Aristoteles *lib. 1. Ethicor. cap. 13.* ait, fortitudinem, & temperantiam esse partium irrationalis: quod de Iustitia Philoſophus non dixit. Ergo hæc duæ virtutes, Fortitudo, & Temperantia solum sunt in appetitu sensus. Certe Aristoteles *eo loco*, appetitum irrationalem non intelligit voluntatem; hæc enim sequitur rationem docentem, & dirigentem: sed appetitum sensus, qui sensu ducitur, non ratione, nisi cum pareat voluntati. Dices, Intellectus quamvis sit naturaliter propensus ad verum, eget tamen habitibus disciplinarum & artium. Quibus facile & promptè verum percipiat, & amplectatur. Ergo & quamvis voluntas suâ sponte, & natura feratur ad proprium bonum, indiget nihilominus habitibus virtutum, quibus facile, & promptè bonum honestum eligat. Respondeo, bonum Fortitudinis, & Temperantiae, esse bonum nostrum, ut quisque suâ sponte complectatur suum proprium bonum, nisi aliquo affectu animi retardetur, & impediatur: sed quæ suâ sponte tendunt ad aliquid, non egent habitibus, quibus ad id nullâ difficultate sese conferant: nec est in intellectu, qui ut cognoscit verum, indiget primùm specie, quæ veri imaginem referat: ac proinde intellectus patiens non facit, aut agnit speciem, sed medio intellectu agente accipit impressam à re obiecta: deinde verò perficitur habitibus disciplinarum & artium, quibus iudicat, & discernit verum, quod est speculationis actionisve.

Tertio quaeritur, An medium, quod vocant iustitiam, sit medium rei, an rationis? S. Thomas *2. 2. quest. 58. art. 10.* docet, mediocritatem aliarum virtutum, nimirum Fortitudinis, & Temperantiae, esse mediocritatem rationis; ac medium iustitiae, esse medium rei. Medium rationis intelligit Sanctus Doctor id, quod ratio præscribit secundum prudentiam, habitâ ratione personæ nostræ. v. g. Temperans eligit in cibo & potu quandam mediocritatem, ea verò mediocritas dicitur rationis, non rei, quia non semper est eadem: nam quod vno tempore satis est nobis ex cibo, & potu, alio tempore non sufficit. Item: Quod vni homini ad cibum, & potum sufficit iuxta prudentiæ præscriptum, alteri satis non est. Ergo qui in vno homine nimis cibus, & potus est, in alio est modicus. Quare mediocritas, in qua Temperantia consistit, rationis est, non rei. Eadem ratione Fortitudo mediocritatem præscripto rationis in timoribus & audaciis constitutam eligit. Hinc est, vt fortis quis sit fugiendo aliquando, quia fugit iuxta rationis præscriptum: alius verò sit timidus, quia non fugit sicut oportet. Item in aggrediendo pericula vnus est audax, quia aggreditur quidem, ac tempore tamen, quo non deberet, alius verò est fortis, quia aggreditur, vt debet. Ergo Fortitudo consistit in quadam mediocritate rationis, non rei, ac ideo variatur pro varietate personæ, loci, temporis, & rei. At verò Iustitia consistit non quidem in medio rationis, sed rei: nam si debes, (verbi gratia.) Titio decem aureos, iustus non es, nisi totidem ei reddas quot debes, nimirum decem aureos, qui semper, & vbique sunt medium inter id, quod plus est, & id quod minus. Hoc idem sensisse videtur Aristoteles *lib. 1. Ethicor. cap. 6. 7. & 8.* Sed Bundanus *lib. 1. Ethicor. quest. 13.* contra S. Thomam docet, omnem virtutem moralem, etiam Iustitiam versari circa mediocritatem rationis. Primò, quia Aristoteles *lib. 2. Ethicor. cap. 6.* dixit, virtutem esse habitum ad eligendam mediocritatem, prout sapiens determinavit. Secundò, omnis virtus motus eligit bonum sicut oportet, ergo consistit in mediocritate rationis. Tertio, quia si cum debeas decem nummos, totidem solvas, sed animo depravato, tamen si par reddas, non tamen iuste agis, quia non solus vt recta ratio dicitur. Quarto, quia Iustitia distributiva, vt vocant, ponderat media personarum, cum bona communia distribuit: & commutativa Iustitia

non considerat commercia sint voluntaria, aut involuntaria. Quintò, in puniendis delictis semper habetur ratio eius qui delinquit, & eius in quem est delictum. Item in resarcendis in iuris, & damnis, spectatur quis læserit, aut offenderit, quis item verbo offensus, vel læsus; & quo modo occulte an manifestè. An ex certa scientia, an potius ex inscientia. Sextò, quia in ipsis emptionibus, & venditionibus iusta precia variantur ratione emptorum, & venditorum, si nimirum plures, paucioresve sint, & vni quia amico, minoris venditur res, alteri verò pluri.

Ceterum sententia B. Thomæ est verissima: quia Iustitiæ solum est, vt tantum reddas quantum debes: & tantum punias quantum meretur, & tantum præmium reddas, quantum meretur is, cui præmium conferitur. At verò Fortitudo, & Temperantia non sic se habent: alioqui enim, & vbique esset eadem mediocritas, quæ tamen reuera non est.

Quartò quaeritur, An Iustitia ceteris virtutibus motus præstet dignitatem? S. Thomas *2. 2. quest. 8. artic. 2.* docet Iustitiam esse virtutem, quæ ad mores pertinet, omnium præstantissima. Non comparat S. Thomas Iustitiam cum virtutibus, quæ Theologicæ nominantur, quoniam hæc sunt longè nobiliores, & præstantiores, quia circa obiectum nobilitissimum, nempe Deum versantur. Nec præfert Iustitiam virtutibus rationis, quales sunt Sapientia, & Prudentia: quia prudentia quamvis sit virtus motus, est tamen dux, & magistra, moderatrix, præceptrixque aliarum virtutum moralium. Et Sapientia, est rerum diuinarum cognitio: & reliquæ disciplinae circa verum versantur, ac ratio veri, quia est simplicior, & purior ratione boni est nobilior. Solum igitur confert Sanctus Doctor Iustitiam cum Fortitudine, & Temperantia, & his dicit esse digniorem. Primò, quia Iustitia est in voluntate, Fortitudo verò, & Temperantia in appetitu sensus, qui est longè inferior facultas quam voluntas. Secundò, quia Iustitia est cuique tribuere quod suum est: Fortitudinis verò, & Temperantiae bonum, est proprium nostrum: sed diuinus est aliorum bonis, & commodis consulere, quam nostris. Tertio, quia Iustitiæ bonum est difficilius, & virtus in arduo, & difficili consistit: & magis propensius sumus ad bonum nostrum, quam ad bonum alienum. Quarto, magis Republicæ necessarium est Iustitiæ, quam Fortitudinis, & Temperantiae bonum: neque enim vlla societas hominum sine Iustitia, salua consistere potest. Opus Iustitiæ est semper, & vbique necessarium: nam in omni tempore, in omni loco, in omni ætate, & omni etiam iure, Iustitiâ indigemus. Quintò, Iustitiæ officio omnis hominum ordo, pax, & tranquillitas conseruatur, dum suum cuique ius redditur. Bundanus *lib. 1. Ethicor. qu. 6.* contra S. Thomam censet, Temperantiam, & Fortitudinem Iustitiæ dignitati præferri, quia natura, inquit, & charitas, quemlibet dirigunt ad prospiciendum potius sibi, quam alii. Deinde quia Temperantia est anima iuxta, & corpori vtilissima, vt cibo, & potu vitam commodè sustentemus. Tertio, quia Fortitudinis est, pro patria, pro parentibus, pro amicis, pro Principe, pro legibus, fide, & religione fortiter pugnare, & pro ea mortem oppetere: quæ protectio sunt opera præstantissima. Adhuc, Fortitudo versatur circa mortis pericula, & magna vitæ discrimina. Temperantia itidem moderatur, & cohibet delectationes, gustus, & tactus: hæc autem omnia opera quis neget esse difficiliora, quam suum vnicuique ius reddere? Postremò, quia qui in Fortitudine excelluerunt, præteruntur viris insigni iustitiâ præditis, veluti Duces, & Imperatores, & alij bellicæ virtute conspicui.

Quicquid dicat Bundanus, dubitari non potest, quin Iustitia sit Fortitudine, & Temperantiâ, excellentior, & dignior, si absolute & simpliciter quatuor spectentur, quibus vna virtus per se, & non ex accidenti, alij dignitate præfertur: nimirum vis, & facultas animæ, in qua virtutes sedem habent: Res obiecta, siue materia subiecta virtuti: Opus & officium: Denique difficultas operis. In his quatuor Iustitiâ vincit, & superat, & Temperantiam dignitate, absolute quidem & per se: ex accidenti au-

tem Fortitudo, & Temperantia aliquid habent eximium, quo Iustitiæ præcellunt: & hoc tantum Buridani argumenta conuincunt.

De partibus Iustitiæ subiectis.

C A P. X.

Primo queritur, Quomodo Iustitia diuidatur in Iustitiam legalem, & generalem, & specialem. S. Thomas 2. 2. q. 58. art. 5. 6. & 7. Iustitiam legalem dicit esse specie distinctam à speciali, quia officio, fine, & obiecto distinguitur. Iustitia enim legalis, primò & per se circa bonum commune versatur: specialis verò proximè, & per se, circa bonum priuatum, quod cuique debetur. Iustitia itidem legalis spectat, & curat, vt bonum commune seruetur, Iustitia verò specialis, vt priuatum.

Dices, cur Iustitia legalis dicatur generalis, si specialis est, & specie ab altera Iustitia differt? Respondeo cum S. Thomas, dici generalem, non communitate generis, quasi sit genus habens sub se ceteras virtutes, sed communitate causæ, eò quòd tanquam causa superior, singulas virtutes impellat, & moueat. Quemadmodum enim charitas est quædam virtus peculiaris, at communitate causæ dici potest generalis, quia imperat ceteris: sic Iustitia legalis, quia eius est bono communi prospicere, imperat ceteris virtutibus, vt sua opera præsentent.

Buridanus lib. 5. Ethicor. qu. 4. & 5. censet, Iustitiam legalem non esse peculiarem aliquam virtutem, sed omnes aggregatione quadam virtutes: sicut Mundus non est res aliqua certa Mundi, sed omnes res simul ipsius Mundi. Et ideo Iustitia, inquit, legalis à ceteris virtutibus specie non differt, sed tanquam totum à partibus. Id probat, quia cuiusque virtutis est, completere suum opus etiam gratia boni communis. Veluti fortitudinis est fortiter pugnare etiam, vt bonum commune seruetur: quia pars quæque natura ipsa se se periculis obicit, ne totum intereat. Deinde quia Aristoteles 5. Ethicor. cap. 1. & 2. aperitis verbis negat, Iustitiam legalem esse partem aliquam virtutis, sed totam virtutem.

Profectò S. Thomæ sententia est in hac parte verissima: quis enim ambigit, posse quemque fortiter, vel temperanter agere tum gratia fortitudinis, vel temperantiæ, tum etiam causa boni communis, videlicet, vt communi legi pareat, vel, vt tanquam eius cum ceteris ciuibus consentiat? Quis item neget, Principem, quia iustum, sortem, vel temperantem, præcepta dare gratia Iustitiæ, Fortitudinis, & causa itidem communis saluus, vt consulat communi Reipublicæ paci, & bono? Est igitur Iustitia legalis, peculiaris quædam Iustitia, & virtus, quæ circa bonum commune, tanquam materiam peculiarem sibi subiectam versatur. Nullus enim peculiaris virtutis est in bonum commune ferri, sed in peculiare tantummodo bonum sibi obiectum, atque propositum. Iustitia verò legalis est, vt fortis, vel temperans fortiter pugnet, vel temperanter agat, propter bonum Reipublicæ commune. Sicut enim hoc, quod est fortiter agere, est quoddam bonum, quod sibi Fortitudo vendicat, & in quod sua natura teritur: sic commune Reipublicæ bonum, est commune quoddam bonum, quod sumpsit sibi Iustitia legalis, & quod respicit, & curat, vt Reipublica seruetur incolumis.

Secundò queritur, Quo modo Iustitia specialis diuidatur in ea, quam distributiuam, & in eam, quam commutatiuam appellant? S. Thomas 2. 2. q. 61. Philosophum secutus lib. 5. Ethicor. cap. 3. docet, Iustitiam distributiuam versari in distribuendis præmiis, muneribus, dignitatibus, officiis, beneficiis, & ceteris communibus bonis, ex quo etiam fit, vt Iustitiæ distributiue sit imponere tributa, census, pensiones, & alia onera singulis ciuibus: Iustitiæ verò commutatiuæ, restituere quod cuique debetur, restituere damnum illatum, & c. pensare factam iniuriam, soluere rei emptæ pretium, vel rei conductæ mercedem.

Tertiò queritur, An sit distributiuæ Iustitiæ, in beneficiis siue officiis, & meritis remunerandis? S. Thomas in 2. 2. qu. 61. art. 4. ad 1. dicit, esse quidem Iustitiam commutatiuam, sed dubitari non potest, quin habeat modum quandam, & rationem Iustitiæ distributiue. Idem tradit 2. 2. qu. 108. art. 1. ad 1. & id ratione satis probabili concluditur: Quia in officiis remunerandis, redditur his qui laborauerunt, debitum stipendium, & merces laboris: at cum merces soluitur ratione operæ, quæ quis laborauit, est actio Iustitiæ commutatiuæ: is enim qui laborat, suam operam locat certâ mercede, & is qui soluit stipendium laboris, conducit iustâ mercede operarium. Verum quia plures sunt qui laborant, & in laborando pares non sunt, eò quòd eorum vnus plus operæ, & laboris impendit, quàm alius, sit ex accidenti, vt in soluenda mercede laboris videatur esse quidem Iustitia distributiua, dum maior, aut minus, stipendium redditur plus minusve laboranti. Et dum tanta merces cuique soluitur, quantum laborauit. Talem enim modum, & rationem tenet, & seruat distributiua Iustitia, cum lucra, commoda, & bona communia diuidit in multos, & cuique dat tantum, quantum meretur: Idem sentit Durandus in 1. dist. 27. q. 2. & in 4. dist. 46. q. 1.

Ceterum Caietanus in 2. 2. qu. 61. art. 4. ad 1. censet in huiusmodi remuneratione officiorum, & meritorum esse Iustitiam distributiua, non autem commutatiua, quia singulis redditur maior, minorve merces, pro maiori, minorve labore. At vbicumque habetur ratio meritorum, ita vt iuxta plura, pauciorve merita, præmium conferatur, ibi hæc Iustitia distributiua locum habet. Sic etiam Sotus lib. 3. de Iustitia, qu. 5. artic. 4. ad 1. cuius argumentum est, quia S. Thomas prima par. qu. 21. art. 1. & in 4. dist. 46. qu. 7. art. 1. docet, inter nos, & Deum non esse Iustitiam commutatiua, sed solum distributiua, quia nobis tantum reddit, quantum meremur: immo singulis rebus bona dat, pro vt earum naturis conueniens est.

Prima opinio magis ad veritatem accedit: quia reuera merces respondet labori, ita vt maioris minorisve laboris maior minusve stipendium reddatur. Nec huic obstat quod S. Thomas ait, inter Deum & nos, non esse Iustitiam commutatiua: Loquitur enim ille de ea, quæ absolute & simpliciter est Iustitia commutatiua, quia Deo reddere æquale non possumus; nec ei aliquid damus, quod ita sit nostrum, vt non sit ipsius. Nihil itidem ei dare possumus, quod incipiat esse suum, & antea non fuerit: quæ omnia per se Iustitia requirit. Et cum asserit S. Thomas, inter Deum & nos reperiri distributiua Iustitiam, significat, non quidem esse simpliciter Iustitiam, quæ nullam diuinam gratiam sequatur: sed esse iustitiam quia promittit Deus se præmiis daturum cuique ex gratia diuina laboranti: & maior, aut minus præmij redditurum, prout quisque plus minusve ex charitate laborauerit. Ceterum nemo salutariter & fructuosè laborat, nisi Deus ipse prius dederit quo laboret.

Quartò queritur, An sit Iustitia commutatiua, eum delicta peenis debitis puniuntur? Respondeo Sanctus Thomas 2. 2. qu. 61. art. 4. ad 1. & qu. 108. art. 2. ad 1. commutatiua esse Iustitiam: sed nihilominus eiusmodi Iustitia habet etiam quandam modum, & rationem distributiua, quia peenæ quantitas respondet quantitati delicti. Nam quemadmodum eum soluitur merces ratione laboris, & operæ, respondet quantitas mercedis quantitati laboris, ita eum peccata & scelera plectuntur, quisque plus minusve peenæ luit, quatenus grauius leuiusve deliquit. Ita vt permissio peenæ, peccati actioni respondeat. Idem Durandus & Sotus locis superioribus quæstione productis tradiderunt. Caietanus autem in eo loco, quem superius allegauimus, sentit, in peccatis peena debita vindicandis, distributiua Iustitiam seruari, non commutatiua, quia quisque (ait) plus minusve punitur, vt plus minusve peccauerit.

Sed enim dubitandum non est, esse Iustitiam commutatiua, cum peccatis peenæ debite sumuntur; quia v

S. Thomas probauit, quantitas pœnæ respondet quantitati delicti. Argumento verò Caietani id solum conficitur in puniendis peccatis distribuitur Iustitiæ modum teneri, quia quantum quisque deliquerit, tantum torquetur. Dices, Non solum hic modus seruatur, sed habetur ratio personarum. Nam qui offendit Magistratum, Principem, aut Regem, grauius supplicium sustinet. Respondeo, hoc ideo esse, quia eò grauius delinquit aliquis, quò personam offendit potestate, & auctoritate digniorem.

Quintò queritur, An Iustitia distributua solum sit in his, qui curant, & administrant bona Reipublicæ communia? Respondeo, etiam esse in priuatis hominibus Iustitiam distributiuam, quia mercatores, & alij solent inter se contrahere societatem in certa aliqua negotiatione, arte, vel officio: qui societate finita, consueuerunt, communia lucra, commoda, & damna æquè diuidere inter se: ita ut quisque plus minusve lucrì percipiat, quatenus plus minusve contulit in societatem: at talis lucri partitio, Iustitiæ est distributua.

Sextò queritur, An Iustitia distributua, specie differat à commutatiua? S. Thomas 2. 2. q. 61. ar. 1. ait specie distingui, quia differunt materia, & re obiecta, officio, & fine, ut patet ex his, quæ diximus supra.

Buridanus autem lib. 5. Ethicor. q. 7. negat contra S. Thomam specie differre, sed solum ex accidenti, quia virtutes moris, inquit, specie non distinguit materiæ diuersitas: alioqui enim essent multe species Iustitiæ distributiuæ: multæ itidem species commutatiuæ Iustitiæ, quia varia, & diuersa sunt bona, quæ per distributiuam Iustitiam diuiduntur, ut officia publica, honores, dignitates, beneficia Ecclesiastica, & spolia, ac prædæ militares bello partæ, & distincta commercia, in quibus commutatiua Iustitia versatur. Item materiæ diuersæ sunt, pecunias restituere, & honorem, ac famam reddere, iniuriam, & damnum compensare, & refarcire. Quidquid velit Buridanus, verissima est S. Thomæ sententia: quia reuera materia in qua utraque Iustitia consistit, specie distinguitur: nam planè aliud est bona communia diuidere, & tantum his, vel illis dare, quanta sunt merita singulorum, aliud verò est decem soluere, quia totidem v. g. nūmis librum emisti. At verò ea, in quibus Iustitia distributua versatur, quamuis sint bona diuersa, in vnam tamen rationem & formam conueniunt, quatenus ad Iustitiam pertinent distributiuam: nec enim distributiuæ Iustitiæ ratio, & species variatur, quatenus in plures diuidas aurum, vel argentum, equos, vel boues. Pari etiam ratione non distinguitur Iustitiæ commutatiuæ ratio, & forma, si Titio soluas decem aureos, quia totidem librum ab eo emisti, vel domum conduxisti, vel quia totidem aureos Titius apud te deposuit, vel mutuos dedit.

Quibus in rebus Iustitia commutatiua versatur.

C A P. X I.

TESTE Aristotele lib. 5. Ethicor. cap. 2. Iustitia commutatiua consistit in tribuendo cuique quod suum est, nimirum in commerciis, siue commutationibus humanis. Commutationes verò humanas, in duas partes idem Philosophus diuisit in voluntarias, & inuoluntarias. Voluntariæ comprehendunt omnes contractus, vel quasi contractus, ut mutuum, commodatum, depositum, precarium, pignus, venditum, locatum, mandatum, societatem, permutationem, fideiussionem, donationem, tutelam, curam, & alia huiusmodi. Inuoluntariæ verò complectuntur delicta, vel quasi delicta, quibus alteri iniuria fit, vel damnum inferitur: quæ delicta, ait Aristoteles, occultè, aut palam, & manifestè committuntur; veluti homicidium, veneni subministratio, falsum testimonium, verberatio, percussio, viura, mutilatio, missio in vincula, aut in carcerem relegatio, & exilium, missio in feruitatem, detractio, conuiuium, contumelia, adulterium,

furtum, rapina, serui seductio, animalium abductio.

Dicuntur verò commutationes voluntariæ, quia in ipsis adest, tum ex parte dantis, tum ex parte accipientis voluntas: ut patet in contractibus, & quasi contractibus prædictis. Inuoluntariæ verò dicuntur, quia non adest, vel eius qui dat, vel eius qui accipit voluntas: ut constat in delictis, vel quasi delictis superius memoratis.

Si obiecias, in viura, & is qui dat, & is qui accipit, voluntariè facit. Respondeo, viuram esse inuoluntariam in eo qui mutuum accipit, quia is promittit viuras se soluturum necessitate contractus: nec enim id promitteret nisi necessitate premeretur. Idem iuris est de eo, qui pollicetur se aliquid daturum, facturum ve, ut liberetur ab eo, qui iniquè vexat, veluti si aliquid spondeat latroni sibi necem imitantis, vel Tyranno ipsum opprimenti, idem quoque dicendum, cum quis plures emit merces, quàm valeant, aut quum minoris vendit.

In prædictis porò commutationibus duæ personæ interueniunt, nimirum, dans, & accipiens: & in contractibus is qui dat aliquid, ex vno dat, recepturus idem, vel tantundem ex bonis accipientis: & is qui accipit, ideo accipit, ut reddat idem, vel tantundem ex suo. In delictis verò, vel quasi delictis is qui accipit, tamen, non accipiat, ut idem, vel tantundem reddat, lege tamen Iustitiæ cogitur reddere, ut æqualitas seruetur.

Primo queritur, An commutatiua Iustitia habeat sub se species? Ratio dubitandi est, quia vna Iustitia versatur in contractibus, alia in quasi contractibus: alia in delictis, alia in quasi delictis. Rursum commutationes ipsæ omnino specie differunt: nam alie sunt voluntariæ: & tum hæc, tum illæ inter se specie distinguntur, sunt enim varij diuersique contractus. Inuoluntaria itidem, quæ est Iustitiæ contraria, & aduersa, in multas species est distributa, cuiusmodi sunt, adulterium, homicidium, detractio, contumelia, furtum. Sed eadem est contrariorum disciplina, ergo si iniustitia habet species sibi subiectas, necesse est, ut totidem habeat Iustitia commutatiua. Respondeo cum S. Thoma 2. 2. q. 63. ar. 3. Iustitiam commutatiuam in species non diuidi: quia quamuis commutationes specie distinguantur, circa eas tamen versatur Iustitia commutatiua sub vna tantum ratione, scilicet, ut ius suum cuique tribuat secundum æqualitatem rei acceptæ, ad rem datam. v. g. Accepisti mutuos decem aureos, debes reddere totidem, & ad eam rationem, & æqualitatem nihil refert, si debeas decem aureos ex eo, quod totidem mutuos acceperis, vel depositos, vel furto sustuleris. Nihil itidem interest si decem eripueris, vel subripueris, vel acceperis sponte domino dante. Nec obstat, si delicta contra Iustitiam commissa specie differant, vel contractus, aut quasi contractus quibus rem accepisti: quia in moribus, vni virtuti plura vitia aduersantur, propterea quod virtus ad opus suum exequendum multa requirit, ac postulat: vnde fit ut multa vitia vni virtuti opponantur. Sit exemplum, vni Iustitiæ aduersantur homicidium, adulterium, detractio, furtum, quia per adulterium fit iniuria vxori alienæ: homicidio, vita eripitur alteri, detractio, famâ, furto, res aliena. Et tamen Iustitia vna est, quæ præcipit, ut cuique reddatur, quod suum est.

Secundò queritur, Quo modo differat id medium, quod est Iustitiæ distributiuæ, ab eo, in quo Iustitia commutatiua consistit? Respondeo cum Aristotele lib. 5. Ethicor. medium in distributua Iustitia, accipi secundum proportionem geometricam; in commutatiua verò secundum proportionem arithmeticam. Sciendum est, triplicem esse distributionem bonorum: Quædam enim distribuuntur in aliquos, pro varia meritorum cuiusque ratione: veluti, cum bona communia Reipublice diuiduntur in ciues, qui pro Patria laborarunt. Spolia bello parta distribuuntur in milites, & singulis dantur plura paucioræ, prout plus minusve pugnauerit quisque: sic etiam mercatores lucra communia in societate acquisita inter se partiuntur, prout quisque laborauerit, vel aliquid in commune contulerit. Alia bona distribuuntur non in quoslibet homines, sed di-

guos.

gnos, ut Ecclesiastica beneficia, publica officia, vel dignitatum gradus: Alia vero distribuuntur non quidem lege Iustitiae, sed studio liberalitatis, ut cum sua bona quisque cum pluribus liberaliter communicat.

Prætermittis in præfenti bonis secundi, vel terij generis, is qui bona primi generis distribuit, iniustitiam tribus modis aliquando committit. Primò, si sumat, vel retineat sibi aliquid, quod in alios disperire debet. Secundò, si totum quidem distribuit, non tamen in eos, in quos debet. Tertio, si uni plus dedit, quam mereretur. Nam sicut se habeat inter se se illi, in quos sunt bona diuidenda in meritum ratione, sic se habere debent bona, quæ distribuuntur in eos, in quantitate pretij, & æstimatione. Pingamus v. g. bona esse diuidenda inter Titum, & Caium, & ita, ut Terij merita vincant meritum Caij in dupla proportione: tunc ratio Iustitiæ distributæ postulat, ut Titus accipiat in duplo bona plura, quam Caius. Quare si diuidenda sit summa sex aureorum, oportet, ut Titus denarij quatuor, Caius tantum duo: quia quemadmodum si habet meritum Titij ad meritum Caij, sic se habent quatuor ad duo. Ergo sicut se habent quatuor ad Titum, ita duo ad Caium. Atque hæc est geometrica proportio, quæ quatuor extrema habet, nimirum Titij, & Caij merita, & aureos Titio, & Caio datos. Et sicut Titij meritum est, duplo maius merito Caij; sic Titus accipit summam aureorum duplo maiorem ea, quam recipiat Caius. In commutativa autem Iustitia meriti solum attenditur secundum proportionem arithmeticam rei ad rem: ut si accepisti centum, debes totidem solvere.

Ex his manifestum est, in distributiva Iustitia semper merita personarum spectari, & pendi debere: In commutativa vero non item, quia solum iustitiam Iustitia requirit, ut tantum in pondere, numero, & mensura reddatur, quantum est acceptum: vel tanta pecunia quisque puniatur, vel tanta mercede, aut premio afficiatur, quantum deliquit, laboravit, vel meruit.

Tertio quaeritur, Quæ virtutes Iustitiæ annexantur? Respondeo, eas virtutes illi annexæ, quæ referuntur ad alterum, quales sunt hæc, quæ sequuntur: Religio in Deum, Pietas in parentes, vel patriam, Observantia in homines ætate, sanctitate, sapientia, potestate, dignitate, vel auctoritate præstantes, obedientia in eos qui imperant, gratia in eos, qui sunt bene meriti de nobis: fides in promissis præstantibus, & stando contentus, & pactis: veritas in dictis, ut id dicimus, quod animo tenemus, & mente: comitas siue humanitas in recipiendis, & bene tractandis hominibus. Liberalitas in demandis, impendendo gratis pecunias: Magnificentia, in faciendo sumptus: Beneficentia, in bene aliis faciendo, videlicet, consilium dando, monendo, consolando, diligendo, docendo. Misericordia, in subleuando miserias proximorum, ne famem, sitim, nuditatem, inopiam, patiantur. Vindicatio, in vilesendo iniurias legitimo rationis ordine seruato, ut iniuri puniantur, & reprimantur à malis. Omnes prædictæ virtutes dicuntur annexæ Iustitiæ, non quod specie sint subiectæ, sed quod habeant aliquid cum Iustitia commune, videlicet quod sint ad alterum: sed deficient ab ea propria ratione Iustitiæ, nam Iustitia tribuit alteri quod suum est: at huiusmodi virtutes tribuunt alteri, non quidem ius, vel bonum, quod sit ipsius, sed quod est nostrum.

Ex quo efficitur, ut si alteri non detur, quod illi Iustitiæ lege debetur, sit peccatus restituendum, & damnum illi contra Iustitiam illatum, sit restituendum. At vero cum quis contra misericordiam, vel liberalitatem, vel pietatem, vel obedientiam deliquerit, peccat ille quidem,

sed restituere minime cogatur: quia solum denegat alteri, non quod eius est, sed suum bonum proprium.

De Acquirendo, vel Amittendo rerum Dominio: sed primum quid sit Dominium.

CAP. XII.

UT omnia quæ ad Iustitiam spectant, exactè tractentur, opera pretium est primum de rerum diuisione & acquirendo earum dominio differere. Et quoniam Libro XII. Digestorum. Primum agitur de acquirendo rerum dominio, & postea de acquirenda, vel amittenda possessione, quia etiæ naturæ ordine prior est possessio dominio; at ordine disciplinæ prior est tractatio de Dominio rerum, quam disputatio de possessione, utpote quæ est notior: ideo primo loco erit de Dominio rerum nobis differendum. Porro, ut ait Vlpianus in l. vltim. ff. de legibus, Totum ius consilium, aut in acquirendo, aut in conferuando, aut in minuendo: Aut enim hoc agitur quemadmodum quid cuiusque fiat: Aut quemadmodum quis rem suam, vel ius suum conferuet, aut quomodo alienet, aut amittat. Ideo de Dominio rerum agendum est, quomodo acquiratur, quomodo conferuetur, quomodo amittatur.

Primo quaeritur, Quid sit Dominium rei? Respondeo, Dominium, ut colligitur ex Bartolo. l. Si quis vi. §. Differentia. ff. de Acquir. posses. esse ius de re corporali perfecte disponendi, nisi lex obstat, vel conuentio prohibeat. (est ius) videlicet legitima facultas: sicut possessio est etiam ius, & hereditas, item usufructus, actio, via, seruitus. Iura sunt, non dominia. Item ius in res corporales, & incorporales cadit, at dominium solum in res corporales. Ius idem, vel est in re, vel ad rem: at Dominium non diuiditur in Dominium in re, & Dominium ad rem. Unde nomen (Ius) ponitur loco generis: nam latius patet, quam Dominium.

(De re corporali) quia rerum incorporalium nullum est proprium dominium. l. Res est dicimus. ff. De verborum significat. ut seruitutum, possessionis, usufructus, habitationis, actionis. Improprie tamen dominium etiam dicitur rerum incorporalium, ut accipitur à Iuliano in l. Qui usufructum. ff. Si usufructus petatur. Et Vlpianus in l. Semper. ff. Quod vi, aut clam. §. In hoc interdicto, usufructus, & seruitutum dicit esse Dominium. Hinc est, ut si Actor in libello dixerit se alicuius fundi Dominium habere, & de usufructu tantum probauerit, obtineat talem à Alexandro in l. Natura liberi nihil commune. ff. De Acquir. posses. quia interpretamur eum de Dominio usufructus locutum fuisse. Improprie enim verba accipiuntur ad libellum sustinendum.

(Perfectè disponendi) ut distinguitur Dominium à Possessione, & à quouis alio iure. Possessio enim est ius insistenti rei: usufructus ius vtendi, & fruendi re. At Dominium est ius, quo potest de re sua quisque statuerè quod voluerit. l. In re mandata. C. Mandati, unde Dominus potest rem suam donare, deponere, locare, permutare, vendere, alienare, & consumere ut ipse voluerit.

(Nisi lex obstat) quia lex aliquando impedit, ne Dominus re sua vtatur suo arbitratu, ut pupillus sine auctoritate Tutoris, vel decreto Iudicis alienare prohibetur propter imbecillitatem, & ingenium fragile, cum sit prudentiæ expertus. l. Quibus alienare licet, vel non. §. Nunc admodum nendi, (vel nisi conuentio prohibeat) quia debitor quantum sit Dominus pignoris, illud tamen alienare non potest, quia ita cum creditore pactionem fecit. l. Iustus. Quibus alienare licet. §. Contra.

Secundò quaeritur, Quomplex sit rerum dominium? Respondeo, duplex, Directum, & vtile. Est quidam male in ea sententia omnino velini rejiciendam esse Dominij vtilis appellationem: quorum opinionem statim conturbabo. Directum Dominium est sine fructu, cum spe tantum consolidationis; quale est, quod habet Dominus rei in emphyteusim, vel feudum date. Vtile vero dicitur, quod est cum usufructu, quale Dominium habet, cui rem

in feudum, vel emphyteuticum accipit. Quare is qui vtrūque dominium habet, plenum rerum dominium habere dicitur.

Dubitabit verò quis, An vtile dominium secundum leges & iura, Dominij appellationem habeat. Quidam negant habere. Sed reuera Iulianus in l. Quis usufructum. ff. Si usufructus petatur, usufructus dominium dicit esse, & Ulpianus in l. Semper. §. In hoc interdito. ff. Quod vi, aut clam, ait esse dominium feruiturum, & usufructus, & Triphonius in l. Semper. ff. De iure dotium, dicit, penes maritum esse dominium fundi dotalis, cuius tamen proprietates verè est vxoris, fructus mariti. Vnde Iustinianus in l. In rebus. C. de iure dotium. Non enim, inquit, quod legum subtilitate, transitus earum (scilicet rerum, dotalium) in patrimonium mariti videatur fieri, ideo veritas delata, vel confusa est. Item Theodosius Imperator in l. Possessor. C. de fundis patrimonialibus. lib. 11. appellat fundorum dominos eos, qui patrimoniales Principis fundos, & emphyteuticarios possident, eum tamen veri dominij, non in emphyteute, sed ij qui dant in emphyteutum. l. Cum in l. C. de iure emphyteote. C. l. i. ff. Si ager veli gatus.

Tertio queritur, Quid apud Iuriconsultos intelligatur hoc verbo quasi dominium? Respondeo, aliquando dici quasi dominium, ius rei incorporalis, veluti feruiturum, actionum, & usufructus, possessionis, & obligationis. Aliquando quasi dominium dicitur habere is, qui bona fide, & ignorans iusta causa accipit rem aliquam ab eo, qui dominus non est, Instit. de Rebus dicitur. §. Si quis à non domino. Aliquando quasi dominium dicitur habere is, qui vtile tantum dominium possidet.

Quarto queritur, Quam sint effectus dominij? Respondeo, generatim duos esse: primum, vt possit Dominus de re sua decernere vt voluerit. Alterum, vt possit rem suam vindicare, si alius eam possederit. Deinde dominium semper habet causam, vnde patitur, & eandem appellant Iuriconsulti, titulum dominij: quare in omni dominio rei, quatenus est titulus.

Quinto queritur, Quo modo se habeant inter se Ius, & dominium? Et ius in presenti non accipitur, vt est iustum, vel lex, sed vt est facultas vtendi. Quidam respondent, ius, & dominium esse idem. Sed probabilius opinantur ij, qui dicunt, ius latius patere: quia pater v. g. ius habet in filium, & maritus in vxorem, dominium non item.

Sexto queritur, Quo modo differat dominium à iure in re? Respondeo: differre primum, quod Ius in re, est rerum corporalium, & incorporalium, vt feruiturum, actionum, obligationum, usufructus: Vnde est ius eligendi, ius instituti, nominandi, & offerendi Clericum ad beneficium Ecclesiasticum: dominium verò proprie, & strictè est rerum corporalium tantum. l. Reti dicitur. ff. De verb. signif. Secundo, ius in re rerum spiritualium sine vlla traditione acquiritur, videlicet statim vt legitimus superior conuerti Titio Clerico beneficium, & Titius consensum præbet, Titus acquirit ius in beneficio sibi collato: vt constat ex cap. Si tibi, de Præbend. in Sexto. At dominium sine traditione non acquiritur. l. Traditionibus. C. de Pactis. l. Numquam nuda. ff. de Acquirend. rerum domini. Sine traditione, inquam, aut vera, aut saltem ficta, & ipso iure approbata. Inst. de Rebus dicitur. §. Thesauros. C. §. Per traditionem, C. §. Venit, C. §. Interdum, C. §. Item si quis. Tertio ius in re est tum proprietatis, tum possessionis, vt probat Glossa in cap. Cum Ecclesia, de causa possessionis & proprietatis, in verbo quicquid iuris. At dominium solum est proprietatis, non possessionis solius. Quarto, habenti ius in re, datur actio tum conuictoria, tum negatoria: at habenti dominium in re, datur actio conuictoria, non negatoria. Instit. de actionibus. §. Aque si negat. C. §. Off. loco citato. Denique ius in re, latius patet quam dominium: qui enim habet dominium in re, habet quoque ius in re; non tamen quicumque habet ius in re, habet etiam dominium. Vnde est ius possidendi, ius eligendi,

ius presentandi, ius vtendi, ius habitandi, ius pacendi, ius adacquandi pecus. Creditor habet ius in pignore, & datur ei actio vtilis. l. Et qui. ff. De Seruitutibus. vltimè dicitur habere ius in fundo, & datur ei actio vtilis. l. i. ff. Si usufructus petatur. Datur etiam actio vtilis ei, qui in emphyteutum, vel in feudum rem habet.

Septimo queritur, Quomodo differat dominium à proprietate. Respondeo, dominium fusionis esse significationis, quam proprietatem. Nam dominium, vel est directum, vel vile: quia fructuarius etiam dicitur dominium habere. l. 3. ff. Si usufructus petatur & is, cui res data est in emphyteutum, vel nomine, & iure feudi, dicitur dominium habere; at proprietates solum dicitur de dominio directe, & vero l. vltima. ff. De sepelietis. numquam de dominio vtili, Baldus in l. Cum res. C. de Probat. Item, Dominij dicitur sunt partes, proprietates, & usufructus, & proprietates est aliquando ab usufructu separata, ita vt penes vnum sit proprietates fundi, vel domus, penes alium usufructus.

Octauo queritur, Quid sit ius in re, & quid ius ad rem, & quomodo hæc duo iura differant? Respondeo, ius in re esse duplex, sicut dominium, videlicet directum, est facultas, qua quis plene in commodum suum vt potest re corporeali, vel incorporali, vt libet, nisi lex, vel contentio obstat: tunc enim vt potest illa re, vt sua: Suum autem, leges & iura vocant id, quo quis vt potest plene in commodum suum, vt libet, nisi obstat lex, vel pactio. Ius in re, quod non est directum, sed vile, est facultas vtendi re corporali, siue incorporali secundum vias lege concessas: vt creditor habet ius vile in pignore, Ius ad rem est id corporale, siue incorporale, quod est debitum alicui ex contractu, vel quasi contractu; delicto, vel quasi delicto, vel ex quacumque alia causa, vel iure. Vnde Clericus à Patrono presentatus ad beneficium Ecclesiasticum, habet ius ad rem, non in re. Si Titius vendiderit domum (Caio) sed nondum tradiderit, nec pignus, aut fidem datam acceperit de pretio habendo, Caius habet ius ad domum, non tamen ius in domo. Hæc instituit, sed qui nondum hæreditatem adierit, habet ius ad hæreditatem, non tamen ius in hæreditate, nisi postquam eam adierit. Hinc fit, vt duo possint habere ius, vnus quidem in re, alter ad rem. Vt Titius vendens demum Caio pretio non soluto, nec habito fide de soluendo habet ius in domo, Caius verò habet ius ad domum. Item vnus & idem potest habere ius in re, & ad rem: sed computatione duorum vt debitor, qui dedit creditori pignus, habet ius in pignore, considerata verò proprietate, habet ius ad recuperandum siue repetendum pignus soluto debito: & creditor habet ius in pignore, videlicet retinendi, donec debitor satisfecerit ei, recuperandi, si alius ei abstulerit, vendendi si debitor noluerit, aut non poterit, quod debet, soluere. Item, Hæreticus ante condemnationem criminis quod patuit, & extenuis heresim vtendo, habet ius in re, vnde et retinendi, & possidendi bona sua ex c. Cum secularium leges, de Heret. in Sexto: penes illū verò est ius ad rem, videlicet ad bona eius capiendi & possidenda post condemnationem criminis. Habet item hæc ante condemnationem criminis ius in re, quia penes ipsum est dominium, & proprietates honorum à die commisso, & parati criminis: quia ipso iure est Hæreticus priuatus suorum honorum dominio. c. Cum secularium leges, de Heret. in Sexto.

De Causis, quibus acquiritur rerum Dominium, & primum de Occupatione.

CAP. XIII

PRIMO queritur, Quo iure sint diuisa rerum domalia? Respondeo, si vniuersè loquamur, facta est rerum diuisio iure gentium, hoc est iure naturali, quia ratio naturalis homines docuit, vt alique res essent proprie singulorum, vt supra in hoc libro ostendimus, cap. 3. q. 2. C. c. 4. q. 2. si speciatim verò sermo sit de harum, vel illarum dominiis, facta est diuisio iure ciuili cap. Quo iure distinetur ex August.

Secundò quaeritur, Quot sint causae (quas titulos domini) quibus dominium rerum acquiritur? Respondeo, multas esse, & primo loco recensibo eas, quae sunt ex iure gentium, siue naturali, deinde eas, quae sunt ex iure civili.

Primò, Dominium rerum acquiritur occupatione: nam res quae secundum naturam relictae sunt communes omnium hominum, siunt propriae occupantis, siue capientis, ut ferae in terra, volucres caeli in aere, pisces maris in aqua. *l. r. ff. de Acquir. rer. dom.* Vnde nomine Occupationis intelliguntur venatio, aucupium, piscatio. Ergo praedicta animalia, quae mari, caelo, & terra nascuntur, statim, ut ab aliquo capta fuerint, illius esse incipiunt iure gentium, id est, ratione naturali. *Instit. de rer. diuis. §. Fera. Et l. de rerum dominio.* Quaes, an interit bestias, aut volucres capiat quis in suo fundo, an in alieno? Respondet Caius Iuriscultus *l. 2. ff. de Acquir. rerum dom.* Et Imperator Iustinianus loco proxime citato, nihil interesse, quia huiusmodi animalia dum fera sunt, communia omnium hominum sunt, & ideo fiunt capientium. At, ut dicit idem Caius, & idem Imperator, Dominus fundi ius habet prohibendi, ne quis ingrediatur causa venandi bestias, vel aues capiendi: Quicquid autem cepit quis, suum facit, quamuis restituere debeat quicquid damni intulerit fundo alieno. *l. Quosdam. C. de Mollitibus. lib. 11.*

Si roges, An idem iuris sit de piscatione? Respondet Angelus in *Instit. de rerum diuis. §. Fera*, idem iuris esse, veluti si inundatio maris, vel fluminis alienos agros operuerit. Haec autem locum non habent, quando fructus fundi ex venatione, aucupio, vel piscatione constat: nam tunc si quis contra voluntatem domini ingressus capiat, suum non facit: ut colligitur ex *l. Venationem. Et l. Item si fundi. §. Aucupium. Et l. usufructuarium. §. Si in viuariis. ff. de usufructu.* Nec item locum habet, quando bestias aues, vel pisces suam naturalem libertatem amiserint; quia sunt in viuariis inclusa, vel pisces in piscina collecti: tunc enim dominum habent, cuius sunt viuaria, vel piscina. *l. Possideri. §. Nerua. Et §. Item Fera. ff. de Acquir. possession. l. Quod enim. ff. de Acquir. rerum dominio.* Item praedicta vim non habent, si vel lege, vel consuetudine, vel decreto Iudicis eorum fuerit, ne si quis contra voluntatem domini ingressus in fundum aliquid cepit, suum faciat.

Dubiae quaestiois est, Quenam animalia ferarum nomine intelligantur? id enim olim dubitatum fuit, & primum, An apium natura sit feranare quidam putauerunt, apes ferarum non dici, quia insecta animalia dicuntur: eiusmodi etiam sunt vespa, & formica, & aliae huius generis animantes, quae nec mansuetae, nec ferae, sed mediae cuiusdam naturae sunt. At veterum Iuriscultorum auctoritate, & Iudicio decretum est, apium naturam esse feram, & ideo iure gentium apes fieri capientium, Caius Iuriscultus in *l. Naturalem. §. Sepium. ff. de Acquir. rer. dom.* Iustinianus Imperator *Instit. de rer. diuis. §. Apium.*

Iurisculti vero ferarum animalium appellatione intelligunt bestias terrestres, quae libertatem habent naturalem, veluti lepores, cuniculos, ceruos, & volucres in aere, & omnes pisces in mari. *l. r. Et l. Naturalem. ff. de Acquir. rer. dom.* Pavones quoque & columbae, ferae naturae censentur: *ff. de Acquir. rer. dom. l. Naturalem. Et Instit. de rer. diuis. §. Pavonem.* Porro gallinae, & anseres ferae naturae non sunt, ut dicitur in eadem *l. Naturalem. §. Gallinarum. Et anserum. Et Instit. de rer. diuis. §. Gallinarum.*

Sciendum praeterea est, Feras animantes nonnullas citrari, & mansuetari. Quare de his animantibus sic habet Iuriscultus in *l. Quod enim nullius. ff. de Acquir. rerum dom.* Quicquid autem eorum cepimus, eò vique nostrum esse intelligitur, donec nostra custodia coarctetur: Cum vero euaserit custodiam, & in naturalem libertatem se receperit, nostrum esse desinit, & nullius occupantis sit. Sic ille. Quaes, quando in naturalem libertatem reuertitur censentur huiusmodi ferae animantes? Respondet idem Iuriscultus in *l. Natura-*

lem. eod. Titu. [Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, (videlicet ferum animal) cum nec oculos nostros reuergerit, vel ita sit in conspectu nostro, ut difficilis sit eius persecutio.]

Quid si tales ferae animantes abire soleant, & redire in custodiam nostram? Respondet idem Iuriscultus in eadem lege. §. Ceruos, [ceruos quoque, inquit, ita mansuetos quidam habent, ut & in siluas eant, & redeant, quorum & ipsorum feram esse naturam, nemo negat. In us autem animalibus, quae ex consuetudine abire, & redire solent, talis regula comprobata est, ut eò vique nostra esse intelligantur, donec reuertendi animum habeant, quod si deserint reuertendi animum habere, desinant nostra esse, & fiant occupantium. Intelliguntur autem reuertendi animum desuisse habere tunc, cum reuertendi consuetudinem deseruerint.] Sic ille. At mento dubitare quis possit, quando intelligitur deseruisse consuetudinem reuertendi.

Respondeo, quando quotidie abeunt, & redeunt, si per triduum, aut etiam biduum non reuertantur, intelligantur deseruisse consuetudinem redeundi. Sed quid dicendum de apibus, quae in arbore nostra confederunt, & de fauis quos faciunt, & de examine apum, quod ex agro nostro euolauit? Respondeo cum eodem Iuriscultus, in eadem lege, Et Tit. §. Apium, ubi sic ait: [Itaque quae in arbore nostra confederunt, antequam alio a nobis concludantur, non magis nostra esse intelliguntur, quam volucres, quae in arbore nostra nidum fecerint: Ideoque si alius eas incluserit, dominus earum erit.] Paulus quoque Iuriscultus in *l. Si apes. ff. de furtis.* [Si apes, inquit, ferae in arbore fundi tui apes fecerint, & quis eas, vel fauum abstulerit, cum non teneat tibi furti, quia non fuerunt tuae, easque constat captarum terrae; mari; caelo, numero esse.] De fauis vero sic dicit idem Caius in praedicta *l. Naturaliter. ff. de Acquir. rerum dom.* [Faus quoque si quos haec fecerint: sine furto quilibet possidere potest.] Sed vel supra quoque diximus, qui in alterum fundum ingreditur; potest a domino, si is prauidet, iure prohiberi ne ingrediatur. Et subiicit de examine apium: [examen quod ex alio nostro estolauerit, eò vique nostrum esse intelligitur, donec in conspectu nostro est, nec difficilis est eius persecutio; alioqui occupantis sit.] De gallinis vero, & anseribus idem Caius sic habet infra: [Itaque si quolibet modo anseres mei, & gallinae meae turbati, tui bateve adeò longe euolauerint, ut ignoremus ubi sint: tamen nihilominus in nostro dominio tenentur: quae de causa nobis furti tenebitur, qui quid eorum lucrandi animo apprehenderit.]

Dubiae itidem quaestiois est, An fera quae ita vulnerata est a nobis, ut capi possit, statim nostra esse intelligatur? Respondet idem Caius in eadem lege. Et Titulo. §. Illud quaestum est, Trebatius placuisse, & statim nostram esse, & eò vique nostram videri, donec eam persequamur: quod si deserimus eam persequi, desinere nostram esse, & rursus fieri occupantis. Itaque si per hoc tempus, quo eam persequimur, alius eam cepit eo animo ut ipse eam luti faceret, furtum videri nobis esse commissum: Plerique non aliter putauerunt, tam nostram esse quam si eam cepimus, quia multa accideret possunt, ut eam non capiamus, quod vanus est. Haec tenet Caius Iuriscultus, ubi Trebatij sententiam aliis displicuisse dicit, quorum opinionem ipse magis probauit. Et certe magis est usu receptum: ut fera vulnerata ab vno, & dum fugit, capta ab alio, sit capientis, non vulnerantis. Et idem iuris est de fera, quae dum canes vnus venatoris eam insequuntur, casu capitur ab alio, sit capientis, non insequentis. Quid autem de fera in laqueum, vel aliud quoduis instrumentum venatorum lapsa, & ab alio in eo laqueo, vel rete capta? capientis ne an vero eius, qui rete, laqueumve tetendit? Respondet esse capientis. *l. In laqueum. ff. de Acquir. rerum dom.* Nihilominus alicubi eui usu receptum, ut sit eius, qui laqueum parauerit.

Quid itidem de porcis, vel agnis meis; quos tu effuisti lupis; qui eos rapuerunt? Illi ne desinent esse mei, & fient tui; quia traxeris eos ex ore luporum?

rum: Vlpianus respondet in *l. Pomponius. ff. de Acquirend. rer. dom.* eos non desinere esse meos, quamdiu recuperari possunt, & ideo te, qui ore luporum liberasti, oportere mihi eos reddere. Quis enim dicat nostrum esse desinere id, quod tu liberasti ex incendio, ruina, naufragio, cum nostrum esset: secus est de eo, quod atis transvolans ex area, vel ex agro nostro transfuit, aut quod nobis miluus eripuit: id enim nostrum esse desinit, quia recuperari non potest.

Secundo quaeritur, An Princeps vel Respublica prohibere queat venationem, piscationem, vel aucupium eorum animalium, quae in terra, aere, marive capiuntur? Ratio dubitandi est, quia tales animantes, ut diximus, sunt communes hominum iure gentium, & naturali, & eodem iure sunt capiendum: at Princeps nequit contra ius gentium & naturale aliquid praecipere. Respondetur, posse iustus de causis. Primum, quia ius naturale permittit quidem ut animantes huiusmodi sint communes, non tamen imperat ut tales sint, nec prohibet ut propriae fiant huius, vel illius. Causae vero iustae, quibus venatio, aucupium, aut piscatio vetatur, sunt quia ceteris quibusdam anni temporibus ferre grauidae sunt, & foetus procreant, & educant. Item si ceteris quibusdam instrumentorum generibus capiuntur, magno incommodo solet Respublica affici, eo quod in magna copia, & multitudine capiuntur: & ideo mento vetantur eiusmodi instrumenta. Pari ratione prohibetur, ne quis niuali tempore venetur lepores vel cuniculos; ne aucupetur perdices, coturnicesve, aut columbas, ne communi Republicae bono noceat. Prohibentur etiam certi homines piscari, venari, aucupari, neve sua munera & officia deserant, sicque Respublicae noceant.

Tertio quaeritur, An dominus agri prohibere possit, ne quis in eo venetur aucupetur? Respondeo, iure civili esse concessum, ut quis id prohibere queat, ne quis in alienum fundum ingrediatur. Ceterum magis est usu receptum, ut liberum sit cuique in alieno agro aucupari, vel venari feras animantes, dummodo tamen non sit ager vitibus constitus, aut seminatus, aut septus: tunc enim si talis sit, nemini licet aucupari, vel venari: alioqui enim noceret vel vitibus, vel feregeti, vel sepibus. Princeps iudem, vel Respublica iustus etiam de causis solet quibusdam concedere ius venandi, vel etiam piscandi in certis agris, vel fluminum partibus, ea lege, ut ipsi solum liceat ibi venari, vel piscari: immo etiam ea conditione, ut possint tale ius aliis donare, aut vendere. Et tunc si quis in eiusmodi locis domino iniecto, vel invito aliquid cepit, suum non facit, quia perinde est, ac si illud intraret.

Quarto quaeritur, An ferre animantes fiant capiendum, si captae fuerint contra leges, quibus venationes, piscationes, vel aucupia prohibentur? Respondeo, fieri capiendum. Ita Medina *de Rebus vestituendis. questio. 12.* Covarruias in *Regula Peccatum, de Regl. Iuris in Saxo. part. secunda. §. 8. numer. 2.* Veluti si venatio prohibita sit his, vel illis hominibus. Unde si Clericus, cui est iure Canonico venatio interdicta, peccat quidem venando; sed si feras capiat, suas facit. Covarruias *loco citato, numer. 2.* Item si venatio sit venata, vel ob certi temporis rationem, vel ob certum instrumentorum usum, captae ferre sunt capiendum, quamvis contra leges, & iura peccent capientes. Covarruias *ibi dem numer. 8.* Insuper si lex prohibeat, ne quis ceruos, viros, apros, vel cetera alia animalia venetur: nihilominus capiendum sunt tales animantes, etiam si capientes non sint vii primarij, aut nobiles.

Quid autem dicendum sit, si quis capiat in fundo privato alieno, vetante domino ne ingrediatur in fundum? Respondet Covarruias *loco citato, numer. 4.* fieri capiendum tales animantes. Sic etiam Medina in *questione citata.* Queres, an idem iuris sit, quando lex prohibet ne quis alieno in fundo venetur? Aduert Sotus & Medina, etiam tunc fieri capiendum, quia tales leges poenales sunt, & conscientiam non obligant ante Iudicis condemnationem. Covarruias vero ita respondet, si leges eiusmodi

prohibent venationem, tamen venandi ius domino fundi concedant, tunc quamvis non debeant capias feras domino fundi restituere, aut earum pretium, & estimationem: coguntur tamen etiam secundum conscientiam restituere tantumdem commodi, quantum fundi dominus esset percipiturus ex feras animalibus, quas aliqui ipse caperet, nisi captae essent. Ratio huius est, quia contra ius captae sunt, videlicet contra ius venandi, quod penes ipsum fundi dominum, & ex tali animalium iactura fundi dominus lucrum, & commodum amittit, quia ipse caperet animantes eiusmodi: unde sit, ut capientes nihil restituere debeant, si reuera fundi dominus ea animalia non esset capiturus. Quod si quis in fundo usufructum habet, non minus iuris venandi est penes ipsum, quam esset penes dominum. Ex quo fit, ut huiusmodi usufructum possit in eo fundo venari. *l. usufructuarium. ff. De usufructu.*

Potest itidem ius venandi alteri donare, aut vendere, prohibere quoque, ne quis in fundum ad venandum ingrediatur, quia eo ipso quo habet usufructum in fundo, tale quoque venandi ius habet, quia ad usufructum tale ius pertinet. Covarruias *loco citato, numer. 9.* Praeterea id ius venandi potest penes aliquem esse usufructu. Si quis autem capiat animalia, quae sunt in dominio alterius, ea restituere debet, aut pretium & estimationem eorum. Unde sit, ut si quis cepit columbas ex alienis columbariis, committat furtum. Alicubi vero existant leges, vel statuta, ut tales columbae capi queant a quolibet, si tribus quatuorve miliaribus a columbariis distent. Sed quaerit aliquis, an huiusmodi leges solum permittant, ut quis columbas impune capiat, an vero etiam, ut suas faciat quas cepit? Coudubens in *Summa casuum, questio. 121.* & Covarruias *loco citato numer. 14.* censent, solum permittere, ut impune capi possint: quoniam cessi distent a Columbariis plusquam tribus, vel quatuor miliaribus, sunt tamen adhuc in dominio eius, qui habet columbarium, eo quod consuetudinem non deseruerint redeundi ad pristinum suum columbarium, & ideo in naturalem libertatem suam reuertae non sunt, ut fiant capiendum. Aliis vero videtur, tales leges etiam concedere, ut sibi columbas acquirat, ac teneat, qui eas cepit. Id probant, quia Princeps, vel Respublica potest statuere, ut tales Columbae in dominio, & potestate eius sint, qui habet columbarium, quamdiu extra tria, vel quatuor miliaria euolauerint: alioqui desinant esse in dominio illius, & naturali libertati restituae censentur. Quid dicendum de eo, qui arte, & industria columbas ad suum columbarium adduxerit. Respondeo, cuius liberum esse, columbas in suo columbario arte quadam reuere, & conseruare, ne alio egoletat netas est malis artibus, aut ut ex alienis columbariis ad suum adducere columbarium: tunc enim furtum eo ipso committit.

Quinto quaeritur, Quot, & quae sint genera rerum, quae sunt primi occupantis, praeter animalia, quae maris, terra, vel aere capi consueuerunt? Respondeo, esse in primis lapillos, & gemmas, & id generis alia, quae in littore maris inueniuntur: & haec dicuntur fieri propria inuentoris; ac proinde eorum dominium dicitur acquiri inuentione. *Institus, De Rerum diuisio. §. Item lapilli. Et l. Item lapilli. ff. De Rerum diuisio. §. l. 3. §. Neratius. ff. De Acquirend. possessione.* Dicitur in littore maris, quia si quis in loco privato, vel in publicis viis inuenit, non sunt inuentoris. Si roges, an huiusmodi res solo aspectu & inuentione acquirantur? Respondeo, minime, simul etiam sit apprehensio, vel aliqua alia exterior actio hominis, volentis earum rerum dominium acquirere. Secundo sunt res sine stabiles, siue mobiles, siue se mouentes, quae pro derelictis habentur: nam eo ipso quo dominus eas pro derelictis habet, facit primi capientis, eo quod domino vacent. *Institus de Rerum diuisio. §. penult. Et Aduert. §. l. 1. Et 2. ff. Pro derelicto.*

Dubia quæstionis est, Quando quis aliquid pro derelicto habere videatur? Respondeo, id coniecturis esse iudicandum: veluti si quis rem suam facile posset recuperare, & nihilominus non faciat, si quis inidem naufragium passus, librum apertum è nauis in mare proiciat; secus si clausum, & coopertum proiecerit.

Sciendum est, ea, quæ vi tempestatis iactantur in aquam, non eo ipso censeri derelicta. *Institut. de Rerum diuis. §. Ultim. C. l. Falsus, C. l. 2. §. Ultim. C. l. Qui lenanda. ff. Ad legem Rhodiam. l. Interdum. §. l. ff. de Acquirend. possessione. l. Quæ ratione. ff. de Acquirend. rerum dom. C. l. Nauis. C. de Furtis.* Quare iustæ leges non sunt, quibus statuitur, vt huiusmodi bona proiecta naufragio, fiant domini, ad cuius locum appulerit. Præterea, quæ de incendiis, vel ruinis eripiuntur, capiuntur, minime habentur pro derelictis, & ideo sunt dominis restituenda, quibus illa perierunt. Ligna verò, quæ fluuioium inundationibus asportantur, & industriâ, & diligentia alicuius capiuntur, vt derelicta censentur, & si perexigui pretij sint, vel longè distent à loco, vnde delata sunt: tunc enim eorum dominus probabiliter creditur ea negligere. Quod si quis suo prædio ligna eiusmodi inundationibus eò aduecta repererit, & dominum mouerit, vt intra certos dies illa inde auferat, sui minus, pro derelictis habeat, ab eo tempore, eorum dominum acquirit, si dominus illa inde non abstulerit. Alia verò quæ solent fluminum inundationibus asportari, pro derelictis non habentur; eorummodi sunt vini, vel olei dolia, vel aræ, vel valcua.

Tertij generis sunt res, quas leges, & iura Missilia vocant, quales sunt pecunia, & alia, quæ mittuntur in vulgus, vt sint cæpiuntur, *Institut. de Rerum diuis. §. Hoc amplius.* vbi dicitur: [Hoc amplius inter dicitur, & in incerta personam collata voluntas domini transfert rerum proprietatem. Vt, ecce, Prætores, & Consules cum missilia iactant in vulgus, ignorant quid eorum quisque sit excepturum, & tamen quia volunt quod quisque acceperit, eius esse, statim eum dominum efficiunt.] Idem habetur in *l. Quæ ratione. §. penult. ff. de Acquirend. rer. dom.*

Quartij generis res sunt insule, vel alia loca, quæ aut nunquam habitata fuerunt, vel saltem à longo tempore sunt deserta, & deserta ab incolis, habitatoribusque. *Institut. de Rerum diuis. §. Insula.* vbi sic legitur: [Insula quæ in mari nata est (quod raro accidit) cæpiens fit, nullus enim esse creditur. At insula in flumine nata, (quod frequenter accidit) mediam partem fluminis tenet, communis est eorum, qui ab utraque parte fluminis propè ripam prædia possident, pro modo scilicet latitudinis cuiusque fundi, qui propè ripam sit. Quod si alteri parti propinquior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte propè ripam prædia possideant. Quod si aliqua parte propinquior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte propè ripam prædia possideant. Quod si aliqua parte distans sit flumen, deinde infra vitum agrum in formam insule redegerit, eiusdem permanet is ager, cuius fuerat.]

Quintij generis res sunt, quæ longo temporis cursu, naufragio, aut aliâ, vel iactatæ in fundo manserunt, & inde casu aliquo, vel arte, vel extrahuntur, vel reperiuntur in litore, statim sunt capientium, quia pro derelictis habentur.

Sextij generis res sunt ea, quæ bona vacantia dicuntur, videlicet bona eorum, qui ex hac vita discedunt, nullo hæredis relicto, qui ab intestato succedat: nam eo ipso domino vacat, ac iure communi civili, Fisco Principis, vel Reipublicæ deseruntur. *l. l. §. Ultim. ff. De iure Fisci, C. l. Vacantia. C. De bonis vacantibus. l. l. C. de iure Fisci.* Si tamen peregrinus in hospitali domo ab intestato discedat nullo relicto hæredis ab intestato, tunc bona illius mobilia, per Episcopum loci in ipsius usus impendi debent. *Authent. Omnes peregrini. C. Communis de successibus. l. l. C. de iure Fisci.* et bona absentium quousumque nomine, vbi non sit, habeat, neque hæ-

redes inueniuntur, in redemptionem captiuorum erogentur.

Quærat aliquis, quid dicendum sit de pascuis, hoc est, de herbis, quibus pascuntur animantes? Respondeo, herbas, quæ in fundo priuata alicuius sua sponte nascuntur, eius esse, cuius est fundus: censentur enim fructus agri, quem admodum etiam arbores, quæ sua sponte in alicuius agro nascuntur. Herbarum verò, quæ in agris communibus nascuntur, communes sunt.

Quid verò de metallo, hoc est, de auro, argento, ferro, plumbo, & aliis? Respondeo, iure gentium hæc pertinere ad eum, cuius est ager, vel prædium, in quo sunt eiusmodi metallorum venæ, quemadmodum aquarum, vel lapidum, vel arenæ, vel alicuius alterius rei similis: quoniam hæc omnia in fructibus agri vel prædij numerantur. At vbi que ferè receptum est, vt metallorum fodinæ ad Regem, supremumve Principem, vel Rempublicam attineant, ne priuati ciues occasionem arripiant fabricandi arma, indeque rebelandi. Alicubi tamen Principum legibus, vel statutis rerum publicarum decretum est, vt certa quædam pars inuentoribus metallorum detur.

Postremi generis bona sunt Thesauri ab aliquo inuenti. Thesaurus est, vetus quædam depositio pecuniæ, cuius memoria non exstat, vt iam dominum non habeat. Nam si quis lucri causa, vel metus, vel custodiæ condiderit sub terra pecuniam, non est proprie Thesaurus. *l. Nunquam. §. Thesaurus. ff. de Acquirend. rerum dom. C. l. Peregrini. ff. de Acquirend. possessione. C. l. i. C. de Thesauris, lib. 10.* Vnde furtum admittit, qui talem pecuniam sibi iunxit, & usurpat, quia est eius qui illam recondidit. *l. A iure. ff. De rei vendit.*

De Thesauris igitur Iustinianus Imperator, in *Institut. de Rerum diuis. l. l.* sic ait: [Thesaurus, quos quis in loco suo inuenit, Diuus Adrianus naturalem æquitatem fecerit, et concessit, qui eos inuenierit.] Idemque statuit: [si quis in sacro aut religioso loco fortuito casu inuenierit. At si quis in alieno loco non data ad hoc opera, sed fortuito inuenierit, dimidium domino soli concessit, & dimidium inuentori. Et conuenienter si quis in Cæsaris loco inuenierit, dimidium inuentoris, & dimidium Cæsaris esse statuit. Cui conueniens est, vt si quis in fiscali loco, vel publico, vel ciuitatis inuenierit, dimidium ipsius esse debeat, & dimidium fisci, vel ciuitatis.] Sic ille.

In *l. l. C. de Thesauris, libro decimo*, habetur: [Si thesauros magicâ arte, vel aliâ ratione legibus prohibita inuenierit, ad fiscum pertinere, etiam si in proprio agro inuenierit.] Dubia verò quæstionis est, An eiusmodi lex sit solum poenalis: Quidam putauerunt talem esse: & ideo ante Iudicis condemnationem, inuentorem posse secundum conscientiam thesaurum inuentum sibi retinere. Alij contra, eam legem non esse poenalem, dixerunt, & præterea etiam ante Iudicis latam sententiam, thesaurum fisco esse restituendum: quia lex fisco tribuit dominium thesauri magicâ arte alicubi inuenti. At nunc in Castella est vsu receptum, vt thesauri vbiusque inueniantur, ad Principem, vel Rempublicam pertineant, & inuentoribus quædam pars assignetur. *Ex l. l. l. 17. lib. 6. noua collectio.*

De aliis Causis, quibus Dominium rerum acquiritur.

CAP. XIV.

IURE gentium, ea quæ ex animalibus nostro domino subiectis nata sunt, nostra sunt. *l. Item quæ. ff. de Acquirend. rer. dom. C. Institut. de Rerum diuis. §. Item quæ.* est autem differentia quædam inter fructus animalium & partus ancillarum, quod bruta animalia genita ex nostris, non solum nostra sunt, sed etiam in fructibus computantur. *l. in*

pecul. ff. de usur. & Instit. de Rerum diuision. §. In peculium, & l. Mulier. §. Sed enim. ff. ad Senat. consul. Trebell. At partus ancillarum nostrarum nostri quidem sunt iure gentium, Instit. de iure personarum. §. Serui autem, aut nascuntur, quia quod pertinet ad status causam, partus non patris, sed matris conditionem sequitur. l. Partum. C. de Rei vindic. & Instit. de Ingen. l. i. At vero inter fructus non numeratur. l. Mulier sed enim. ff. Ad Senat. consul. Trebell. & l. In peculium. ff. De usur. Instit. de Rerum diuision. §. In peculium: quoniam per absurdum, & inhumanum visum est veteribus Iurisconsultis Papiniano, Vlpiano, & Caio, ut homo censeretur in fructibus, cum omnes fructus gratia hominum natura produxerit. Et hinc est, ut usufructuarius in ancillæ partu nihil iuris habet, & partus ad dominum proprietatis pertinet. l. Verus, de Usufructu, Paulus Sentent. lib. 3. Titul. 8. & Instit. de Rerum diuision. §. In peculium. Fœtus tamen animalium brutorum non ad dominum proprietatis, sed ad usufructuarium spectant, quæ in fructibus sunt.

Iure idem gentium, siue naturali nascimur rerum dominia per alluionem. l. Aded quidem. ff. de Acquir. rerum domin. & Instit. de Rerum diuision. §. Præterea. Porro alluio, ut ibidem habetur, est incrementum latens, hoc est, occultum, sentimque procedens, quando scilicet, flumen publicum ex vna parte per minutissimas partes addit, ex alia parte opposita diminit, & contradi aded latenter, ut cognosci minime possit, quantum quoquo temporis momento accedat. Et ibidem subjicit Iustinianus Imperator ex Caio Iuriscōsulto in l. citata Aded quidem. §. Quod si vis. ff. de Acquir. rerum domin. [Quod si vis fluminis de tuo prædio aliquam partem detraxerit, & vicini prædio appulerit, vel vtriusque habent, attulerit, palam est, eam tuam permanere. Planè, si longiore tempore fundo vicini tui hazent, arboreque quas tecum traxerit, in eum fundum radices egerint: ex eo tempore videntur vicini fundo acquisitæ esse. Insula autem, quæ in medio flumine interdum nascitur, hoc est, apparet, eorum efficitur, qui vtriusque e regione propè ripam fluminis prædia habuerint, & inter eos est æqualiter diuidenda. Quod si ex vna parte fluminis propè ripam multi habeant prædia, quæ diuersis insulæ partibus e regione respondeant: tunc dimidia pars insulæ inter eos est distribuenda. Si vero insula vni parti fluminis fuerit propinquior, tota pertinet ad eum, vel ad eos, qui e regione propè ripam prædia habuerint.] Instit. de Rerum diuision. §. Insula. Deinde ibidem. §. Quæ si naturali, ex eadem lege Aded, subjicit Iustinianus Imperator: [Quod si naturali alueo in vniuersum derelicto, flumen ad aliam partem fluere coperit, prior quidem alueus eorum est, qui propè ripam prædia possident, pro modo scilicet latitudinis cuiusque agri, quæ latitudo propè ripam sit. Nouus autem alueus eius iuris esse incipit, cuius & ipsum flumen est: id est, publicus publici iuris gentium. Quod si post aliquod tempus ad priorem alueum reuertum fuerit flumen, rursus nouus alueus eorum esse incipit, qui propè ripam eius prædia possederint. Alia sanè causa est, si cuius totus ager inundatus fuerit neque enim inundatio, fundi speciem commutat, & ubi id, si recesserit aqua, palam est, tunc fundum eius manere, cuius & fuit.] Sic ibi.

Præterea dominium rerum acquiritur etiam iure gentium siue naturali, cum quis ex aliena materia speciem aliquam suo nomine fecerit. l. Aded citata, & in Instit. de Rerum diuision. §. Cum ex alieno, legimus, fuisse questionem inter veteres Iurisconsultos Sabinianos, & Proculianos, uter esset dominus, An is qui fecerit, an is qui fuerit materię dominus. Hærua & Proculus putauerunt, dominum esse qui fecerit, quia quod factum est, antea nullius fuerat. Sabinus & Cassius magis naturalem rationem efficere dixerunt, ut qui materię dominus fuerit, idem quoque eius, quod ex eadem materia fit, dominus sit, quia sine materia nulla species effici possit, velut cum quis

ex alienis visis, aut oliuis, aut speciebus vinum, aut oleum, aut frumentum confecerit, aut ex alieno auro, vel argento, vel ære, vas aliquod, vel ex alieno vino & melle mulsum miscuerit; vel ex alienis medicamentis emplastrum composuerit; vel ex aliena lana vestem effecerit; vel ex alienis tabulis nauem, vel armarium, vel sublella fabricauerit, & placuit, inquit, cum Caio Iuriscōsulto, Iustiniano Imperatori media sententia existimantium, si ea species ad priorem, & rudem materiam reuerti possit, eum videri dominum esse, qui materię Dominus erat, quod Sabinus & Cassius senserunt. Si non possit reuerti, verius esse, quod Neruz & Poculo placuit. ut, ecce vas confiatum potest ad rudem materiam æris, vel argenti, vel auri reduci. Vinum autem, vel oleum, aut frumentum ad vvas, vel oliuas, vel species reuerti non potest, ac nec mulsum quidem ad vinum & mel resoluui potest; aut emplastrum ad medicamenta. Quod si partim ex sua materia speciem aliquam fecerit quis, veluti ex suo vino, & alieno melle mulsum miscuerit, aut ex suis, & alienis medicamentis emplastrum, aut ex sua lana & aliena vestimentum fecerit, dubitandum non est, hoc casu eum esse dominum, qui fecerit, cum non solum operam suam dederit, sed & partem eiusdem materię præstiterit. Hactenus Iustinianus Imp. ex Caio Iuriscōsulto, & ex Callistrato in l. Læcus. §. Sa ero meo, & Paulo in l. In omnibus. & in l. Sed si ex meis, & Pomponio in l. Quicquid. ff. de Acquir. rer. domin.

Acquirunt etiam dominium rei per accessionem: quæ fit, quando res aliena rebus nostris accedit per humanum laborem, & industriam. Instit. de rer. diuision. §. Si tamen alienam, ubi dicitur: [Si tamen alienam purpuram vestimento suo quis intexuerit, licet preciosior sit purpura, tamen accessionis vice cedit vestimento, qui dominus fuit purpuræ, aduersus eum qui surripuit, habet actionem; & conditionem, siue ipse sit qui vestimentum fecit, siue alius. Nam extinctæ res licet vindicari non possint, condici tamen à libris, & quibusque aliis possessoribus possunt.] Sic ibi.

Si roges, an res aliena fiat nostra per accessionem bonæ, vel malæ fide factam? Respondeo, fieri nostram, quia siue bonæ fide purpuram alienam intexuerit quis suo vestimento, quia credidit esse suam, siue malæ fide, quia nouit esse alienam, in vtroque euentu prior dominus purpuræ amittit dominium: habet tamen aduersus eum, qui id bonæ fide fecit, conditionem siue causam, vel etiam actionem ad exhibendum. l. i. ad finem. ff. de conditione sine causa, & l. Gemma. ff. ad exhibendum; & aduersus eum, qui malæ fide purpuram intexit, habet furti actionem ad pernam, & conditionem furtiuam ad rem ipsam persequendam, adeo, ut vna actio alteram non tollat, aut perimat, cum huiusmodi actiones ex diuerso fonte & principio oriuntur. Instit. de Action. §. ex maleficiis, & §. Sic itaque discretis. Quoniam etiam is qui intexit vestimento suo purpuram alienam, dominium acquiritur eius, si tamen tamè commisit, eo ipso, quod malæ fide purpuram alienam accepit, etiam antequam suo vestimento coniungeret. Actio autem semel nata non potest extinguui facti delinquentis. Vnde in l. Sed si ex meis. ff. de Acquir. rer. dom. §. in quibus, Paulus Iuriscōsult. ait, [In quibus propria qualitas rei spectaretur, si quid additum esset, toto cedit; ut statua pes, vel manuis, scypho fundus, aut ansa, lecto fulcrum, nauis tabula, ædificio exmentum: tota enim eius sunt, cuius antea fuerant.]

Præterea, iure gentium, siue naturali, rerum dominium acquiritur per materiarum confusionem: quoniam si duorum dominorum materię sint confuse siue casu fortuito, siue voluntate ipsorum, corpus quod ex confusione fit, commune est vtriusque: voluntate quidem ipsorum, si ita mutuo consensu facta est confusio: si casu fortuito, tunc nemini casus imputatur. Instit. de Rerum diuision. §. i. Duorum, habetur sic: [Si duorum materię voluntate dominorum confuse sint, totum id corpus, quod ex confusione fit, vtriusque commune est, veluti si qui vna sua confuderint, aut massas argenti, vel auri confauerint.]

diuersæ materiae sunt, & ob id propria species facta sit, forte ex vino, & melle, & vino mulsum, aut ex auro, & argento electrum, idem ius est, nam & hoc casu communem esse specie. Quod si fortuito, & non voluntate dominorum confusa fuerint, vel eiusdem generis materiae, vel diuersæ, idem ius esse placuit. Sic ibi.

Acquiritur etiam dominium per commixtionem specierum, si voluntate Domini facta sit. *Instit. de Rerum diuis. §. Quod si frumentum*, ubi sic habetur: [Quod si frumentum Tiri frumento tuo mixtum fuerit, si quidem voluntate vestra, commune est, quia singula corpora, id est, singula grana, quæ cuiusque propria fuerunt, consensu vestro communicata sunt, ut si casu id mixtum fuerit, vel Titius immiscuerit sine tua voluntate, non videtur commune esse, quia singula corpora in sua substantia durant. Sed nec magis in istis casibus commune sit frumentum, quam grex intelligitur esse communis, si pecora Tiri tuis pecoribus mixta fuerint: sed si ab alterutro vestrum totum id frumentum retineatur, in rem quidem actio pro modo frumenti cuiusque competit; arbitrio autem iudicis continetur, ut ipse arbitretur quale cuiusque frumentum fuerit.] Sic ibi Iustinianus Imperator;

Porro commixtio differt à confusione: nam ea dicuntur confundi, quæ postquam confusa sunt, nouam patiuntur speciem, ut vinum & mel proprie confunduntur, quia aliam liquoris speciem gignunt, videlicet mulsum: ea verò commiscere dicuntur, quæ ita confunduntur, ut non transferantur in nouam speciem, sed retineant priorem. Et oritur secunda differentia, ut quæ confusa sunt, siue casu, siue voluntate dominorum, communia fiant: at quæ commiscuntur casu, communia non fiunt.

Præterea dominium acquiritur iure gentium per ædificationem. *In l. Ad eo quidem. §. Cum in suo. ff. de Acquirend. rer. dom.* Sic habetur: *Cum in suo solo aliquis ex aliena materia ædificauerit, ipse dominus intelligitur ædificij, quia omne quod ædificatur, solo cedit.* Nec tamen ideo is, qui materiae dominus fuerit, desit dominus eius esse: sed tantisper neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum de ea agere propter legem 12. Tabularum, quæ cauetur ne quis lignum alienum edibus suis inunctum eximere cogatur, sed duplum pro eo præster per actionem, quæ vocatur De signo inuncto. Appellationem autem Signi omnia materiae significantur, ex quibus ædificia fiunt. Ergo si aliqua causa dirutum sit ædificium, poterit materiae dominus tunc eam vindicare, & ad exhibendum agere.]

Idem habetur *in Instit. de Rerum diuis. §. Cum in suo.* Et subiunguntur ibidem Caius Iuriconsultus, & Iustinianus Imperator. Ex diuerso, si quis in alieno solo, ex sua materia ædificauerit, illius sit ædificium, cuius & solum est: & si sit alienum solum esse, sua voluntate amississe proprietatem materiae intelligitur. Itaque ne diruto quidem ædificio, vindicatio eius materiae competit. Certè si dominus solo, ædificium petat, nec soluat pretium materiae, & mercede fabricorum, poterit per exceptionem doli mali repelli, utique si nescit qui ædificauerit, alienum esse solum, & tanquam in sua bona fide ædificauerit. Nam si scit, potest culpa obici, quod temerè ædificauerit in eo solo, quod intelligeret alienum. Legis igitur sententia est, quando quis ex sua materia ædificauerit bona fide, nesciens solum esse alienum, constitutus in possessione ædificij, habet exceptionem doli mali aduersus dominum soli postulantem ædificium, si materiae æstimationem, & fabricorum mercedem soluere recuset; quia nemo locupletari debet cum detrimento possessoris bonæ fidei. Sectus est, si mala fide ædificauerit: sibi enim imputet, quia sciens, & prudens in alieno solo ædificauerit. Pomponius Iuriconsultus *in l. Si supra. ff. de Acquirendo rerum Dominio.* Sic ait: [Si supra tuam parietem vicinus tuus ædificauerit, proprium eius id, quod ædificauerit, Labeo & Sabinus aiunt. Sed Proculus tuum proprium quemadmodum tuum fieret, quod in solo tuo alius ædificasset: quod verus est.]

Instit. de Rer. diuis.

Acquiritur etiam dominium rei per plantationem. Vnde idem Caius Iuriconsultus *in l. Ad eo quidem. §. Si alienam plantam. ff. de Acquir. rerum dom.* & Iustinianus Imperator *in Instit. de Rerum diuis. §. Si Titius*, sic loquuntur: Si alienam plantam in meo solo posuero, mea erit. Ex diuerso, si meam plantam in alieno solo posuero, illius erit. Si modo utroque casu radices egerit: ante enim quam radices egerit, illius permanet, cuius & fuit. Hoc conueniens est, si vicini arbor ita terram meam presierit, ut in meum fundum radices egerit, meam effici arborem. Rationem enim non permittit, ut alterius arbor intelligatur, quam cuius in fundo radices egisset. Et ideo prope confinium arbor posita, si etiam in vicino fundo radices egerit, communis est. Et in l. Pro regione cuiusque prædij. Sed est in confinio lapis nascatur, & sit pro indiuiso communia prædia, tunc erit lapis pro indiuiso communis, si terra exemptus sit. Et in l. Quæ ratione. ff. Eodem Tit. dicitur, [Quæ ratione plantæ, quæ terra coalescunt, solo cedunt, eadem ratione frumenta, quæ lata sunt solo cedere intelliguntur.]

At verò idem Caius Iuriconsultus *in l. Quæ ratione. §. Litteræ*, subiicit: [Litteræ quoque licet autæ sint, perinde chartis membranisque cedunt, ac solo cedere solent, ea, quæ ædificantur, aut seruantur, ideoque si in chartis membranisque tuis carmen, historiam, vel orationem scripsero, eius operis non ego, sed tu dominus esse intelligeris. Sed si a me petas tuos libros, tuasve membranas, nec impensas scripturæ soluere velis, potero me defendere per exceptionem doli mali, utique si bona fide earum chartarum possessionem nactus sim.] Idem dicit Iustinianus Imperator *in Instit. de Rerum diuis. §. Litteræ.*

Quid autem si quis in alienis tabulis aliquid depinxerit? An sicut quod scribitur, cedit chartis vel membranisque, quod pingitur, cedit tabulis? Respondet idem Caius Iuriconsultus *in ead. l. Quæ ratione. §. Sed non ut litteræ*, sic inquiens: [Sed non ut litteræ chartis membranisque cedunt, ita solent picturæ tabulis cedere, sed ex diuerso placuit tabulas picturæ cedere.] Idem ait Iustinianus Imperator *in Instit. de Rerum diuis. §. Si quis in aliena tabula*: quia naturali ratione preciosissemper debet cedere vitius, at constat picturam esse tabula preciosior: ergo non pictura tabulæ, sed tabula picturæ cedit. At verò scripturæ semper est preciosior charta, vel membrana, ergo chartæ, vel membranæ scriptura cedit, non contra.

Iure quoque gentium acquiritur dominium per traditionem rei non quidem nudam, sed talem, ut per eam is qui tradit, in animo habeat in accipientem transferre dominium. *l. Ad eo quidem. §. Hac quoque res.* [Hæc quoque res, ait Caius Iuriconsultus, quæ traditione nostra fiunt, iure gentium nobis acquiruntur. Nihil enim tam conueniens naturali æquitati, quam voluntatem Domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. Nihil autem interest utrum ipse dominus per se tradat alicui rem, an alius: quæ ratione si cui libera negotiorum administratio ab eo, qui peregrè proficiscitur, permilla fuerit, & is ex negotiis rem vendiderit, & tradiderit, facit eum accipientis.]

Si roges, An sine traditione voluntas nuda domini sufficiat ad dominium rei transferendum? Respondet idem Caius Iuriconsultus, *ibi idem* sufficere aliquando, veluti si rem quam commodauit, aut tibi locauit, aut apud te depositam, vendidero tibi: licet enim ex ea causa tibi eam non tradiderim, eo tamen quod parior eam ex causa emptionis apud te esse, tuam efficio. Item si quis merces in horreo repositas vendiderit, simul atque claves horrei emptori tradiderit, transfert proprietatem mercium ad emptorem. Idem *in Institution. De Rerum diuis. §. Interdum etiam, Co. §. Item si quis.* Et sciendum est, præter hæc duo exempla, esse etiam alios modos scilicet eundem traditionis, quibus dominium transfertur, veluti si acerrum lignorum emerit, & eum venditor

C 3

tolle-

tollere me iussent, simul et custodia à me posita fuerit, mea ligna censentur. *l. Quaruindam ff. De acquirend. possession. vel si res emptas contignet emptor. l. Quid si ff. de Periculo, & commo. rei vendita.* Aut si res sit in conspectu, & venditor editiore loco dicat se vacuam possessionem tradere, statim dominium transferri intelligitur. *l. Quod meo. §. Si venditor em. ff. De Acquirend. possess.*

Acquiritur dominium rei iure quoque gentium per contractum, siue quasi contractum, videlicet per venditionem, donationem, permutationem, mutuum: nisi quod iure civili iuxta leges 12. Tabularum constituit, ut per venditionem non transferatur dominium ad emptorem nisi pretio soluto, vel habita fide de pretio soluendo, hoc est, dato pignore, vel fideiussore. *Instit. de Rerum diuis. §. Vendita.*

Vltimò. iure gentium, siue naturali nascimur dominium fructuum, quos percipimus ex re aliena, quam bonâ fide possidemus. *Instit. de Rerum diuis. §. Si quis à non domino, sic legimus.* [Si quis à non domino, quem dominum esse credidit, bonâ fide fundum ement, vel ex donatione, aliâve qualibet iusta causa à re bonâ fide acceperit: naturali ratione placuit fructus, quos percipit, eius esse pro cultura, & cura. Et ideo si postea dominus superuenient, & iundum vendider, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. Et verò, qui alienum fundum sciens possederit, non idem concessum. Itaque cum fundo etiam fructus, licet consumpti sint, cogitur restituere.] Idem in *l. Bonâ fidei. ff. De Acquirend. rer. domin.* Paulus Iuriconsultus sic ait: [Bonâ fidei emptor non dubiè percipiendo fructus etiam ex alienare suos interim facit, non tantum eos, qui diligentia, & opera eius protulerunt, sed omnes: quia quod ad fructus attinet, loco domini pene est. Denique etiam prius quam percipiat, statim ubi à solo separatur, sunt bonâ fidei emptoris: sicut nec interest ea res, quam bonâ fide emi, longo tempore capi possit nec ne: veluti si pupilli sit, aut vi possessa, aut prædici contra legem repetundarum donata, ab eoque alienata sit bonâ fide emptori. In contrarium queritur, si eo tempore, quo mihi res traditur, purem vendentis esse, quia perseuerat per longum tempus capio, an ante meos fructus faciam. Puto, verendum nè non sit bonâ fidei possessor, quamvis capiat: hic enim ad ius, id est, captionem, illud ad factum pertinere, ut quis bonâ, aut malâ fide possideat. Nec contrarium est, quod longum tempus currit: nam è contractio is, qui non potest capere propter rei vitium, fructus suos facit, & omnium fructus sunt in fructu, & ideo ad bonâ fidei emptorem pertinent, etiam si prægnantes venierint, vel subrepta sint. Et sanè quia hoc suum faciat, quamvis plenis vberibus venierint, dubitari non potest. Idemque in *lana iuris est.*]

*Per quos rerum Dominium nobis
acquiratur.*

CAP. XV.

EXSTAT Titulus in Institutionibus Iustiniani Imperatoris: Per quas personas nobis acquiratur. Et quæ eun- que in toto eo Titulo Iustinianus Imperator tradidit, accepit ex Cajo Iuriconsulto in *l. Acquiratur. ff. de Acquirend. rerum domin.* ubi dicit in hunc modum: [Acquiratur nobis non solum per nosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus,] hoc est, ut exponit Glossa, per filios familias, & seruos. Item, inquit Caius, per seruos, in quibus usufructum habemus. Item per homines liberos, & seruos alienos, quos bonâ fide possidemus. Et deinde subiicit: [Igitur quod serui nostri ex traditione nascuntur, siue quid stipulentur, vel ex qualibet alia causa acquirant, id nobis acquiratur. Ipse enim, qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest: Ideoque si hæres institutus sit, nisi nostro iussu, adire hæreditatem non potest. Et si iuberentibus nobis adierit, hæreditas nobis acquiratur, perin-

de atque si nos ipsi hæredes institui eilemus, & his conuenienter legatum, scilicet nobis per eundem acquiratur,] sic ille.

Quæres, quo modo nobis acquiratur per seruos, in quibus tantummodo usufructum habemus. Respondet idem Caus in eadem lege. §. De iis autem: [De iis autem seruis, inquit, in quibus tantum usufructum habemus, ita placuit, ut quicquid ex re nostra, vel ex operis suis acquirunt, id nobis acquiratur: Si quid verò extra eas causas persecuti sunt, id ad dominum proprietatis pertineat. Itaque si is seruus hæres institutus sit, legatumve quid, aut ei donatum fuerit, non mihi, sed domino proprietatis acquiratur. In *l. Fructuario. ff. eod. Titu.* Paulus ait: [Fructuario hæreditas acquiri non potest: quod in operis serui hæreditas non est.]

Si roges item, quomodo nobis acquiratur per homines liberos, aut seruos alienos, quos bonâ fide possidemus? Respondet idem Iuriconsultus ibidem: [Idem placet de eo, qui à nobis bonâ fide possidet, siue liber sit, siue seruus alienus. Quod enim placuit de usufructuario, idem probatur etiam de bonâ fidei possessore. Itaque quod extra duas istas causas acquiratur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel ad dominum eius, si seruus est. Idem habetur ex Pomponio in *l. Liber homo, & ex Vlpiano in l. Qui bonâ fidei. ff. eod. Titu.*

Dubiæ item quaestio est, quamdiu seruus alienus acquiratur ei, à quo bonâ fide possidet? Respondet Vlpianus in lege citata, [Qui bonâ fide, tamdiu inquit, acquiratur ei, quamdiu bonâ fide seruit. Ceterum, si eo perit serue, eum alienum esse, vel liberum, videamus an ei acquiratur? Quaestio in eo est, utrum initium spectemus, an singula momenta spectemus.]

Præterea in *l. Acquiratur. §. Bonâ fide habetur.* [Bonâ fidei possessor cum viuceperit seruum, quia dominus, eodem modo sit, ex omnibus causis, per cum sibi acquirere potest usufructum: eius verò usufructu seruum non potest. Primum, quia non potest, sed habet ius venendi, sciendi. Deinde, quia scit seruum alienum esse,] & in *l. Si seruus. ff. eod. Titu.* ex Pomponio, sic dicitur: [Si seruus meus cum tibi bonâ fide seruiret, rem emisset, traditaque ei esset, Proculus ait, nec meam non fieri, quia seruum non possidebat, nec tuam, si non ex re tua sit parata, sed si liber bonâ fide tibi seruientis emerit, ipse fiet.] Et *l. Etiam furuius. ff. Eodem Titu.* ex Iuliano legimus, etiam furuos seruos bonâ fidei emptori acquiri, quod ex lege eius stipulator, aut per traditionem accepit. Hæc ibi.

Tertiò queritur, An per procuratorem nobis dominium acquiratur? Respondet, acquiri. *l. §. Per procuratorem. ff. de Acquir. Possession.* Paulus ait: [Per procuratorem, tutorem, curatoremve nobis acquiratur. Cum autem suo nomine nacti fuerint possessionem, non cum ea mente, ut operam dumtaxat suam accommodarent nobis, non possunt acquirere.] Sic ille. Vnde qua ratione possunt procurator, tutor, curator, nobis possessionem acquirere, eadem ratione dominium nobis acquirere queunt. Et *l. Qui mihi, §. Na est. ff. ab Vlpiano dicitur:* [Na est procuratori meo hoc animo rem tradidit quis, ut mihi acquirat, ille quasi sibi acquiratur acceperit, nihil agit in sua persona, sed mihi acquiri.] (sensus legis est) Rem donatam procuratori meo, ut eam mihi acquirat, si is eam acceperit, quasi sibi acquiratur, mihi acquiri, non illi. Vnde in eadem lege habetur: [Qui mihi donatum volebat seruum communi meo, & Titij rem tradidit seruum, vel sic accepit quasi socio id acquiratur, vel sic, quam mihi, & socio meo acquiratur, mihi tamen acquiri.]

Quartò queritur, An si is, cui liber homo seruiret, & ita decesserit, & ei hæres existerit, qui liberum eum esse sciat, aliquid per eum acquirat? Respondet, minime, quia hæres cuiusmodi non est bonæ fidei possessor. In *l. Quæsitio est, ff. de Acquirend. rerum domin.* ex Africano sic habetur: [Quæsitio est, si is, cui liber homo bonâ fide seruiret, decesserit, eique is hæres ex-

istitit,

stiterit, qui cum liberum esse sciat, an aliquid per eum acquirat? Non esse ait, ut hic bonæ fidei possessor videatur, quando sciens liberum, possidere coepit: quia etsi fundum suum quis legaverit hæres, qui cum legatum esse sciat, proculdubio fructus ex eo suos non faciet. Et multo magis si testator eum alienum bonæ fidei emptum possiderit.

Quintò queritur, An pupillus sine tutoris auctoritate possit sibi dominium acquirere? Ratio dubitandi, quia nihil potest alienare pupillus sine tutoris consensu, ergo nec potest aliquid acquirere. Respondeo, sibi posse acquirere sine tutore, non tamen alienare. Pupillus, inquit Marcianus, in l. Pupillus. ff. de Acquirend. rer. domin. quantum ad acquirendum, non indiget tutoris auctoritate: alienare non potest, nisi præsentis tutore auctore. Et Iustinianus Imperator in l. iur. de Auctoritate tutor. in princ. sic ait: [Auctoritas autem tutoris in quibusdam causis necessaria pupillis est, in quibusdam non est necessaria: ut ecce, si quid dari sibi stipuletur, non est necessaria tutoris auctoritas: quod si alius promittat pupillo, necessaria est tutoris auctoritas. Namque placuit meliorem suam conditionem licere eis facere, etiam si sine tutoris auctoritate: detentorem verò non aliter, quàm cum tutoris auctoritate. Vnde in his causis, ex quibus obligationes mutue nascuntur, ut in emptio: in venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depositis, si tutoris auctoritas non interueniat, ipsi quidem, qui eum in his contrahunt, obligantur, at inimicem pupilli non obligantur.]

Sextò queritur, An qui dominium rei non habet, aliquando transferat dominium in eum, cui rem tradit? Ratio dubitandi est, quia nemo potest plus iuris in alium transferre, quàm ipse habeat, ut dicit Ulpianus in l. Traditio. ff. de Acquir. rer. domin. [Traditio, inquit, nihil amplius transferre debet, vel potest ad eum, qui accipit, quàm est apud eum, qui tradit.] Respondeo, in l. Non est nouum. ff. de Acquir. rer. domin. ex Ulpiano sic haberi: [Non est nouum, ut qui dominium non habet, alij dominium præbeat. Nam & creditor pignus vendendo, causam domini præstat, quam ipse non habuit.] Et Iustinianus Imperator in l. i. Quibus alienare licet, in princ. [Accidit aliquando, ut qui dominus rei sit, alienare non possit, & contra, qui dominus non sit, alienanda rei potestatem habeat.] Et in l. Contra autem, subicit hæc: [contra autem, creditor pignus ex pactione, quantum eius ea res non sit, alienare potest. Sed hoc fortissimè ideo videtur fieri, quod voluntate debitoris intelligitur pignus alienari, quia ab initio contractus actus est, ut liceret creditori pignus vendere, si pecunia non solueretur tempore constituto.]

Septimò queritur, An dominium rei possit ex pluribus causis haberi? Ratio dubitandi est, quia sæpe contingit, ut possessor bonæ fidei rem ex emptione, vel permutatione, vel donatione, vel testamento, vel legato habeat, & deinceps cursu temporis legitime vsucapiat. Respondeo, dominium rei ex pluribus causis esse non posse: quia si ex vna causa res cepit esse nostra, deinde ex alia causa non potest fieri nostra, quia non incipit esse nostrum, quod antea nostrum fuerat. Vnde Paulus in l. Possideri. §. Ex pluribus causis. ff. de Acquir. rer. domin. ait: [Nec enim sicut dominium non potest nisi ex vna causa contingere, ita & possidere ex vna dumtaxat causa possumus.] Et idem in l. Non ut ex pluribus. ff. de Regul. iur. [Non ut ex pluribus causis debet nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit esse nostrum.] Et ad argumentum in contrarium, respondeo eum Glossa in lege citata: Non quidem proxime ex pluribus causis rem neri nostram, sed remote in vsucapione; at ipsa vsucapio potest ex multis causis existere. Possum enim bonæ fidei rem alienam emere ab eo, qui dominus eius non est, vel bonæ fidei donatam accipere, & ex testamento, & ex legato, vel ex permutatione: sed tunc ex his causis non est mihi acquirendum dominium, sed tantum ius vsucapendi, & deinde lapsu temporis rem vsucapio legitime, & tunc dominium acquirō.

Octauò queritur, An solo animo, & voluntate possit quis rei dominium acquirere? Respondeo, non posse, nisi possessionem rei ante acquirat, & apprehendat. Neque enim potest quis res aliqui communes, ut sunt aues in ære, pisces in mari, bestiae in terra, lapilli, & gemmae in litore, suas facere, nisi occupatione, vel inuentione. Occupatio verò apprehensionem rei dicit, & inuentionem rem non facit nostram, nisi apprehendamus: apprehensio autem possessionem continet. Equis enim dicat, quempiam volucrem per aërem volantem, vel piscem natantem in mari, facere suum eo solo, quod velit esse suum? Deinde, cum quis desinit esse dominus rei, eò quòd eam pro derelicta habeat, dominium non amittit, nisi desinat etiam eam possidere. Ita quòd, ff. Pro derelicto: res mobilis desinit esse nostra, cum eam abijcimus: immobilis, cum exierimus ab ea animo, & voluntate derelinquendi. Glossa in l. i. ff. Pro derelicto, in verb. Desinit. Vnde etiam fit, ut si deinde velit dominus esse rei derelictæ, dominium non recuperet, nisi incipiat iterum possidere: quemadmodum illius, quod pro derelicto habetur, nullus alius incipit esse dominus, nisi id cepit, apprehenderit. Possessio igitur, siue ad acquirendum dominium, siue ad amittendum, necessariò debet interuenire. Hinc etiam est, ut nemo possit vsucapere, quin possit ciuilitè possidere: alioquin enim fures rem furtiuam possent vsucapere. Glossa, & Doctores in c. Causam qua. de Prescript.

De causis, quibus dominium rerum acquiratur iure Ciuili, & primum de Vsucapione, & Prescriptione.

CAP. XVI.

HACTENUS explicui causas, ex quibus iure gentium, siue naturali rerum dominium acquiruntur. Consequens nunc est, ut de Causis agam, per quas iure Ciuili dominium comparatur. Et quia prima illatum est Vsucapio, de ea primo loco disputabo.

Institutionum, Iustiniani Imperator. libro 2. Titulus sextus est de Vsucapionibus, & longi temporis prescriptionibus, & lib. 41. Digestorum, Titulus tertius est de Vsucapionibus, & Vsurpationibus; libro 7. Codicis extant Tituli sex de Vsucapione, à Titulo 26. vsque ad Titulum 31. Porro Vsucapio apud veteres Iuriconsultos, rerum tum mobilium, tum immobilium dominium dabat: at recentiores Iuriconsulti, Prescriptionem ab Vsucapione distinctam esse voluerunt.

Quòd attinet itaque ad huiusmodi vocabula, Primò queruntur, vnde dicta sit Vsucapio, & quomodo vocabula, Vsucapio, & Prescriptio, accipiantur in iure? Vsucapio dicta est, quia per usum aliquid capiat, & auferat: Usus enim post certum temporis lapsum iure ciuili prescriptum, res corporales, & incorporales admittit priori domino rei, & transfert ad alium. Prescriptio autem, teste Aiciato, in l. Quinque pedum. C. de Quinque pedum. prescript. & lib. 4. distict. cap. vlt. est veluti quidam fructus, & effectus Vsucapionis, nimirum exceptio, quæ ex iure efficaci translata à priori domino in vsucapientem ipsi domino reliquias superioris auctoritatis intendenti, eius depellendi gratia proponitur. Vnde prescriptio ad ius excipiendi principaliter pertinet. Et hinc est, ut veteres illi Iuriconsulti Prescriptionis nomine, pro exceptione perpetuò vsu fuerint, ut in prædicta lege Quinque pedum. C. de Quinque pedum prescript. & l. vlt. C. de Exceptionibus. & l. Qui agitur. C. de Exceptionibus. & prescript. Verum recentiores postea hanc, inter vtramque vocem differentiam constituerunt, ut Vsucapio sit rerum mobilium, Prescriptio verò rerum immobilium, herentiumque solo, & incorporalium, ut seruitutum, & aliorum rerum, quæ iura dicuntur. Glossa, & ceteri in l. Vsucapio. ff. de Vsucapionibus. Nos itaque in præfenti recentiores secti,

quamlibet Vſucapionem, Præſcriptionem vocabimus. Porro, vt ait Paulus, in l. *Sequitur. ff. de Vſucapionib.* de Vſucapione hoc ordine dicendum eſt, vt videamus quis poſſit vſucapere, & quas res, & quanto tempore. Sic illa. Sed mihi primò dicendum eſt, quas & quot conditiones Præſcriptio requirat.

Secundò quaeritur, Quid ſit Præſcriptio, ſive Vſucapio. Modetinus in l. *Vſucapio. ff. de Vſucapionib.* Vſucapio, inquit, eſt acquiſitio, vel adeptio, (non, adiectio, vt habent corrupti codices) domini per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti. Et accipitur Vſucapio, vt ait Gloſſa *ibidem*, pro Præſcriptione, & definitur per effectum, quia Vſucapio dat cauſam, vt dominium acquiratur, non eſt ipſa acquiſitio domini, vt Gloſſa *ibidem* exponit.

Tertiò quaeritur, An Præſcriptionis leges, & iura, quibus ſtatuitur, vt poſſeſſor bonæ fidei curſu certæ temporis rem alienam faciat ſuam, vim & locum habeant ſecundum conſcientiam. De hac quaſtione Gloſſa, Panormitanus, & ceteri, in cap. *Vigilanti, de Præſcript.* Quatuor ſententiæ ſunt, vna eſt negatiua vim habere ſecundum conſcientiam; & ideo rem eſſe priori domino reſtituendam, quandoque poſſeſſor bonæ fidei reſcient alienam rem eſſe. Sic Hugo, & quidam alij. Id probant, quoniam cap. *Locupletari, de Regul. iur. in 6.* Non debet quis cum aliena iniuria, vel iniuſticia, vel detrimento locupletari. Deinde quando quis ſcite incipit alienam eſſe, quod poſſidet, incipit eſſe poſſeſſor malæ fidei, ergo tuta conſcientia retinere non potest. Poſtremò, quia ratio naturalis ſolum videtur concedere poſſeſſori viam ſuam rei alienæ, non dominium, & proprietatem.

Secunda ſententia eſt aſſerentium, leges Præſcriptionis eſſe tantum penales, & ſolum habere locum, quando prior dominus rei negligens eſt in re ſua quaerenda, & recuperanda, & ob negligentiam, & incuriam rem ſuam amittere: Ita vt tunc poſſeſſor bonæ fidei iure Præſcriptionis rem alienam faciat ſuam etiam ſecundum conſcientiam, quia leges, & iura poterunt merito dominum negligentem rei ſuæ hac poenâ mulctare, eò quòd talis negligentia Reipublicæ paci communi plurimum nocere videatur. Quando verò prior dominus in culpa non eſt, eò quòd bonæ fidei ignoret rem ſuam ab alio poſſideri, præſcriptionis lex locum, & vim ſecundum conſcientiam non habet: nam qui in culpa non eſt, nullam poenam meretur. Sic Adrianus in 4. *de Reſtitutione, in quaſtione de Præſcriptione, qua incipit: Offenſo quod leges, & Medina de Rebus reſtituen. qua. 16. & 18.* Qui eo argumento mouentur, quod Doctores permulti aſſerant Præſcriptionis legem eſſe conſtitutam in poenam domini rem ſuam negligentis.

Tertia ſententia fuit Alani, diſtinguentis hoc modo: Aut res eſt per præſcriptionem acquiſita ex cauſa lucratiua, vt ille dicebat, veluti ex donatione, ex legato, teſtamento, & ea eſt ſecundum conſcientiam reſtituenda: aut ex cauſa oneroſa, veluti emptione, permutatione, dote, ac tunc reſtitui ſecundum conſcientiam nõ debet. Hanc diſtinctionem improbant Hoſtenſis, & Panormitanus, & alij in cap. *Vigilanti, de Præſcript.*

Quarta opinio eſt, communi conſenſu recepta, poſſeſſorem bonæ fidei lapſu temporis iure ciuili præſcripti, tuta conſcientia rem alienam facere ſuam. Sylueſter in *verbo Præſcriptio. 1. quaſt. 13.* vbi citat complures iuris Canonici peritos. Angelus eodem *verbo, numer. 47. num. 12.* Panormitanus in cap. *Vigilanti, numer. 6. de Præſcription.* poſt Ioannem Vincentium, Tancredum, Goſtedum, Hoſtenſem, & Ioannem Andream, Felinus in *Rubrica de Præſcript.* Paulus conf. 203. Couarruias in *Relect. ſuper Reg. Poſſeſſor. part. 1. qua. 1. num. 4. & 5. & par. 3. in initio, num. 1. & 10. & 11. & 12.* Caietanus in *ſumma, verbo Præſcriptio.* Sotus libr. 4. *de Iuſticia, quaſt. 3. artic. 2.* Et hæc ſententia magis ad veritatem accedit, quia Præſcriptionis lex lata eſt ob commune bonum. Vnde Caius Iuriſconſultus in l. *ff. de Vſucapionib.* Bonum publicum, inquit, introducta eſt Vſucapio, nõ diu, & ſerè ſemper incerta eſſent dominia rerum, cum ſufficeret do-

minis ad inquirendas res ſuas, ſtatu temporis ſpatium. At ob commune bonum Reipublicæ, Princeps ius conceſſit rei dominia transferendi, nõ videlicet incerta ſint, & nõ lites ſint interminabiles, & nõ Reipublicæ paz, & tranquillitas perturbetur.

Sciendum autem eſt, Antonium in e. *Vigilanti, de Præſcript.* ſcripſiſſe, ſe hanc diſputationem diſputaſſe, & tenuiſſe ſententiam Theologorum, videlicet, leges Præſcriptionis ſolum habere locum in foro iudiciali, non autem ſecundum conſcientiam; & ab eo accepti id quod dicit Roſella in *verbo præſcriptio, numer. 4.* Rem per præſcriptionem acquiſitam, ſecundum Theologos eſſe reſtituendam, non ſecundum Canonici iuris peritos. Profecto ego non video vbi id Theologi docuerint. Nam S. Thomas *Quodlibet. 12. q. 24.* Sic ait: Si quis præſcribat bonâ fide poſſidendo, non tenetur ad reſtitutionem, etiam ſi ſciat alienum fuiſſe, poſt præſcriptionem: quia lex poteſt aliquem pro peccato, & negligentia punire in re ſua, & illam alteri dare, & concedere. Idem etiam tradidit Scotus in 4. *diſt. 15. q. 2.*

Ceterum contra dictam ſententiam quædam obijci poſſunt. Primò, quia in cap. *Vigilanti, de Præſcript.* Alexander III. ait: Ephemum Legislatorem propter euitandam ſegniſſimam, inſtituiſſe præſcriptionem. Reſpondeo, legem Præſcriptionis eſſe latam ob commune bonum: ſed nihilominus inde fieri, vt domini ſint diligentiores in rebus ſuis inquirendis, & recuperandis: & hoc eſt, quod ſignificat eo loco Pontifex. Secundò obijciunt: Quando per ſententiam iudicis res aliqua transfertur ad alium, quæ reuera non deberet, locum & vim ſecundum conſcientiam non habet: Ergo idem iuris eſt in lege Præſcriptionis. Reſpondeo, non eſſe eandem rationem de ſententia Iudicis, quæ eſt de lege Præſcriptionis, quæ Iudicis ſententia fertur, iuxta id, quod eſt in Iudicio probatum, quod iudicium aliquando cum rei veritate non conuenit, ac proinde conſcientiam non obligat. At verò lex eo ipſo, quod eſt ob commune Reipublicæ ſalutem condita, iuſta cenſetur, & hominum conſcientiam conſtringit.

Ad id verò quod obijciebat prima ſententia, Neminem locupletari debere cum iniuria, & iniuſticia alterius, Reſpondeo, priorem dominum iniuria non aſſici, quia iuſta leges, ſue rei dominium amittit, vt communi bono conſulatur. Et ad illud reſpondeo: Quoties poſſeſſor bonæ fidei ante tempus præſcriptionis elapſum, ſcit alienum eſſe, quod poſſidet, incipit eſſe mala fidei. *d. c. Poſſeſſor:* at verò quòd id nouit poſt præſcripti temporis ſpatium, non retinet iam amplius alienum, quia lege præſcriptionis ſuam fecit, quod bonâ fide poſſederat.

De iis, qua ad Vſucapionem, ſeu Præſcriptionem requiruntur.

CAP. XVII.

PRIMO quaeritur, Quot, & quæ conditiones ad Præſcriptionem requirantur? Reſpondeo, ſecundum aliquos requiri quatuor, ſecundum alios ſex, ſed parum refert: quia omnes in re ipſa conueniunt; quamuis alij ad pauiores, alij ad plures conditiones reducant.

Secundò quaeritur, Quæ ſit prima conditio ad Præſcriptionem neceſſaria? Reſpondeo, eſſe poſſeſſionem. *cap. Sine poſſeſſione. de Regul. iur. in 6.* Sine poſſeſſione præſcriptio non datur: & poſſeſſio quæ requiritur, debet eſſe ciuiliſ, non ſufficit naturalis. Gloſſa & alij in *capit. Cauſam qua. de Præſcription.* Vnd. ſi rem furtiuam vſucapere non poteſt, quamuis longiſſi no tempore poſſideat. *16. quaſt. 3. §. Poſeſt. ex l. Sequitur. §. Quod autem. ff. de Vſucap. & l. Si quis. ff. Pro ſoluto.* Item qui rem apud ſe deſcriptam habet, nequit iure præſcriptionis facere ſuam: nec item conductor, ſive locator, nec iſ, cui comodata res eſt, quia poſſident nomine eius, qui verus dominus eſt, qui per eos dicitur ciuiliſter poſſidere. *cap. Cum veniſſet. de Reſtit. ſp. l. i. & Gloſſa in cap. Clerici. 16. quaſt. 3.*

Eadem

Eadem ratione tutor, curator, procurator, quamvis possideant rem pupilli, minoris, vel domini, nequeunt tamen eam vscapere, quia non possident suo nomine, sed alieno. Qui rem itidem in emphyteum, vel feudum accepit, vscapere proprietatem non potest, quia ea penes dominum manet: quemadmodum etiam qui in re vsumfructum tantum habet, nunquam facit suam proprietatem, vt de his omnibus speciatim inferius dicam: & possessio debet esse toto tempore, quo prescriptio procedit, continua, non interrupta. *Illud, de Prescrip.*

Ex his intelligitur, eum qui capax iuris non est, nunquam posse ius illud facere suum. Verbi gratia, laicus nullum ius spirituale, siue ecclesiasticum potest sibi lege prescriptionis acquirere, quia tale ius in laicum non cadit, hoc est, talis iuris capax laicus non est: ac proinde civiliter possidere non potest: de qua etiam re inferius.

De secunda conditione, quam Prescriptio requirit.

CAP. XVIII.

SECUNDO loco, ad Prescriptionem necessaria est bona fides Possessoris: nam possessor male fidei nullo unquam tempore prescribit. *cap. Possessor, de Regul. iur. in sexto.* Vnde in *cap. vltim. de Prescrip.* sic habetur: [Quoniam quod non est ex fide, peccatum est: synodali iudicio definitum, vt nulla valeat abique bona fide prescriptio, cum generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quae abique mortali peccato, non potest obferri. vnde oportet, vt qui prescribit, in nulla temporis parte habeat conscientiam rei alienae.] Sic ibi.

Primo queritur, An qui dubitat de re, quam possidet, sit sua nec ne, possit eam prescribere tempore lege definito? *Sorus lib. 4. de Iustitia, quest. 3. art. 4. vers. Superest ergo tandem, celet.* tali dubitatione prescriptionem impeditur, ita vt qui dubitate cepit intra statuti temporis spatium, eo ipso desinat bonam fidem habere. Sic etiam Maior in quarto distinct. 13. quest. 11. Adrianus eod. lib. de Restit. in quasi. de Prescrip. Nam quemadmodum cum quis initio incipit possidere rem alienam, si ambigat sua sit nec ne, legitime prescriptionem inchoare non potest, sic nec continuare, cum incipit dubitare intra definiti spatium temporis, sit ne sua res quam possidet, an aliena. Nam ex l. Bona fidei, in principio ff. de acquir. a. rerum domin. c. l. 1. c. de Vscapione transformanda, constat, possitorem bonae fidei non esse, nisi credat bonam fidem suam rem esse, quam possidet: idque ratio ipsa conuincit, quia is qui dubitat sua res an non sit, quam incipit possidere, eo ipso quo apprehendit possessionem, peccat.

Glossa vero, Imola, Panormitanus, & Felinus *cap. vlt. de Prescrip.* Syluester in verb. Prescriptio, quest. 3. vers. 3. tenent, Prescriptionem inchoari quidem non posse legitime: nam si quis incipiat possidere, dubius tamen an res sit aliena, vscapere iure non potest, ac continuari posse legitime, quando quis post inchoatam bonam fide possessionem incipit ambigere sit res sua nec ne. Sic etiam Medina de Rebus restituen. quest. 17. Couarruias in Regula Possessor. par. 2. §. 7. num. 3. c. seg. & Bartolus in l. naturaliter. ff. de vscapionib. Franciscus Balbus de Prescrip. 2. part. 3. p. principalis. quest. 2. & teste Couarruias, haec est sententia communis. Id probant ex *cap. vltim. de Prescrip.* vbi in possessore prescriptionem continuantem solum requiritur, vt in nulla parte temporis ad prescriptionem constituti conscientiam habeat rei alienae, & idem colligitur ex *cap. de vrgo. ad. quest. 11. c. ex l. 1. c. de Vscapione transformanda.* Secundo, quia in dubio melior est conditio possidentis, ergo is, qui bona fide possidere cepit, potest legitime in possessione persistere, quamvis incipiat ambigere sit res aliena, an non, dummodo diligentiam adhibeat ad cognoscendum an res quam possidet, sit aliena: ac proinde in continuanda possessione bonam, non malam

ndem habeat, quia legitime possidet: nam ad prescribendum bona fides sufficit: ergo potest ille lapsu temporis prescribere.

In hac controuersia certi iuris est, non posse cum legitime prescriptionem incipere, qui incipit possidere dubio animo & animum res sit sua an alienus: ita vt dubitatio impediat quidem initium prescriptionis, non tamen cursum, si ab initio sit bona fides. Et in hoc omnes conueniunt. Questio est in eo, vtum ad prescriptionem legitime continuandam sufficiat, si quis tuta conscientia in possessione rei alienae persistat, etiam cum ambigat post nullam diligentiam positam an res sit aliena, an sua. Et certe magis videtur cum iure congruere, talem possessionem bonam fide continuatam sufficere ad prescriptionem: quia is qui possidet, nulla temporis parte desinit esse possessor bonae fidei, quia tamen si cepit dubitare an aliena res sit, nunquam tamen dubitauit se eam legitime possidere, ob meliorem possidentis conditionem in dubio.

Secundo queritur, An si quis intra definiti temporis spatium non solum dubitat an sua res sit, sed etiam an possidere queat tuta conscientia, possit rem alienam prescribere. Respondeo, minime, quia eo ipso desinat esse possessor bonae fidei, immo mala fide possidet. Quid autem, si per errorem dubitet, num possidere queat, cum reuera in possidendo peccatum non sit? Respondeo, etiam errantem humiliter conscientiam sufficere ad malam fidem, quia is qui ex conscientia errante in possessione rei alienae persistit, peccat, & propterea mala fide possidet, & possessor male fidei prescribere legitime non potest. Vnde in l. Si fur. ff. de Vscapionib. sic habetur: [si quis id quod possidet, non putat sibi per leges licere vscapere, dicendum est, etiam si erret, non procedere tamen eius vscapionem, vel qua non videatur bona fide possidere, vel qua in iure erranti non procedat vscapio.]

Tertio queritur, Quid sit dicendum, quando Titus mala fide possidet rem alienam, ratus eam esse Caij, cum sit reuera Seij, non Caij? Ratio dubitandi est, quia bona fide ignorat Seij rem esse, ergo est possessor bonae fidei. Respondeo Couarruias in Reg. Possessor. par. 2. num. 5. non posse prescribere, quia est erret putans Caij rem esse, cum reuera sit Seij, prescriptio non currit, quia nihilominus Titus est mala fidei possessor, sciens alienam rem esse.

Quarto queritur, An procedat Prescriptio eius, qui ex vno capite possessor bonae fidei est, ex alio vero capite est male fidei possessor? Respondeo cum Couarruias loco citato procedere vscapionem, veluti si Titus donatione, vel traditione rem acceperit a Caio, puta cum non esset dominus rei, tunc ex hac parte malam fidem habet: at si ex altero capite rem bona fide possideat, procedit eius prescriptio. Et idem iuris est, si Titus mala fide possidens vnam fundi partem, aliam bona fide possideat, currit prescriptio illius partis fundi, quae bona fide possidetur. Idem quoque dicendum est, si Titus mala fide possideat proprietatem rei, bona autem fide vsumfructum, aut contra, vsumfructum mala, bona vero fide proprietatem. Procedit enim prescriptio eius, quod bona fide possidet Titus. Ita Couarruias.

Quinto queritur, An prescriptio currit, quando quis per ignorantiam probabilem & iustam, alienam rem possidet? Medina de rebus restituen. quest. 17. censet posse legitime rem prescribi, etiam si quis per ignorantiam, quomodo ea sit probabilis & iusta, rem possideat: Quia bona fide, inquit, possessor est, qui rem possidet per ignorantiam iustam, siue ea sit ignorantia facti, siue iuris. Quemadmodum e contrario, male fidei possessor est, qui rem alienam possidet ex ignorantia inprobabili, etiam scilicet vel facta, siue ea ignorantia sit iuris, siue facti. Ceterum haec sententia Medinae pugnat cum iure ipso, tum Canonico, tum Civili. Nam perpicue leges, & iura ipsa constituerunt, probabilem ignorantiam facti, non iuris, prodesse ad prescriptionem. in l. ita iuris, ff. de iur. & facti ignorantia.

tia verba sunt hæc: Iuris ignorantia negatur prodelle: facti verò ignorantiam prodelle constat. *l. Nunquam. ff. de Vfu-
captionib.* [Nunquam, inquit Paulus, in vfu captionibus iuris
error poffeffionibus prodelt.] Et ideo Proculus ait [Si per er-
rorem initio vepditionis pupillo tutor factus fit, vel post
longum tempus venditionis peractum, vfu capi non poffe,
quia iuris error fit.] & *l. 2. §. Si à pupillo. ff. Pro emptore*, ha-
betur; eum qui à pupillo sine tutoris auctoritate aliquid e-
mit, si ignorauerit pupillum esse, poffe id vfu capere: Secus
autem si sciret esse pupillum, ignoraret tamen necessariam
esse tutoris auctoritatem: tunc enim esset iuris ignorantia,
quæ vfu captionem impedit.] Et in *l. Quemadmodum. C.
de Agriculis, & Confessis. lib. xi.* dicitur sic: [Et hæredibus
eius (scilicet venditoris) & contra hæredes emptoris vendi-
cationem damus, longi temporis præfcriptione submotâ.
Malæ fidei namque poffefforem esse nullus ambigit, qui a-
liquid contra legum interdita mercatur.] Et idem habe-
tur in cap. *Qui contra iura. de Regul. iur. in 6. & cap. 2. §.
Contractus. de Rebus Ecclesia non alienan.* Et cum iure ci-
uili ius Canonicum in hac parte consentit, vt constat ex
cap. *Apostolica. de Donationibus. & cap. Dudum. de De-
cimis.* Obijcies, huiusmodi leges solum locum habere,
vbi quis in iudicio videtur per errorem, & ignorantiam iuris
aliquid emisse, non verò vbi quis reuera per ignorantiam
probabilem iuris aliquid emit, quia leges bonæ fidei
poffefforem appellant eum, qui per ignorantiam iuris ali-
quid emit: at non est credibile, leges malæ fidei poffefforem
vocare eum, qui per iustam, & probabilem iuris ignorantiam
rem emit. Nam emendo eam rem minimè peccauit:
sed malæ fidei poffeffor in culpa est: ergo leges & iura locum
habent tantummodo in præfumptione, quam vocant, non
autem in rei veritate. Respondeo, malæ fidei poffefforem,
secundum leges, & iura dupliciter dici, vno modo eum,
qui poffidendo peccat, altero modo eum, qui contra iura
poffidet, etiam absque peccato, videlicet per ignorantiam
iuris iustam, & probabilem. Nam cum præfcriptio solum fit
iuris Ciuilis, & Canonici, mala fides in poffeffore censetur
ea, quam iura talem esse voluerunt: at iura aptè decernunt,
malæ fidei poffefforem esse eum, qui per ignorantiam iuris
aliquid emit.

Sexto quaeritur, An ignorantia iuris obfcuri, siue du-
bii, præfcriptionem impediat? Respondeo, cum Panormi-
tano, & Felino in cap. *de Quarta. de Præfcript.* non impedi-
re. & in probant ex cap. *Cum dilectus. de Consuetudine.* Et
ratio huius est, quia si est obfcurum, vel dubium, non habe-
tur pro mala fide: et fides, quæ est in eo, qui contra huius-
modi ius facit, eo quod tunc apud Doctores etiam iuris so-
lent esse multe quaestiones, & variæ sententiæ. Si quaeras,
an quando ius est clarum, & manifestum, eius ignorantia pro-
hinc in hac parte minoribus, rusticis, militibus, mulieribus.
Rationem dubitandi affert, quia in his hominum
generibus error iuris toleratur, & iustus, ac probabilis cen-
setur. Quidam affirmant prodelle, alij contra negant. Pro-
babilis videtur esse prima sententiâ, sed secunda videtur
magis cum iure congruere, quia leges aptè constituunt
iuris ignorantiam, cum videlicet ius est manifestum, præ-
fcriptionem impedire: & vbi non distinguit, nec nos distin-
guere debemus.

Septimo quaeritur, An mala fides poffefforis, siue aucto-
ris noceat successori, ita vt successor nullo vnquam tem-
pore præfcribere queat rem, quam defunctus malæ fide
poffederat? De hac quaestione Couarruias in *Regul. Poff-
fessor. de Regul. iur. in 6. part. 2. §. 9. numer. 1. & seqq.* Scien-
dum est, successorem in locis alicuius aliquando dici vniuer-
salem, veluti cum quis est hæres alicuius, siue ex testa-
mento, siue ab intestato, siue solus, siue vnâ cum alijs sit
hæres: & talis successor defuncti personam representat.
Aliquando verò dicitur successor singularis, seu particu-
lans, vt est ille, qui venditori in re empta succedit, vel
donatori in re donata, vel permutatori in re permutata,
vel ille, qui ex testamento in re certa defuncti succedit,
cuius locum non verò hæredis conditionem, & rationem

habet. Quicumque igitur in re certa à testatore legata succe-
dit, dicitur successor particularis.

Quo posito, primò dicimus, malæ fidei poffefforem suc-
cessori singulari, siue particulari non obesse, neque prodelle,
quacunque ex causa illi succedat. Non nocet quidem, quia
vfu capere poffumus, quod auctor vfu capere nõ potuit. Com-
putare autem successor non potest, quod attinet ad præfcrip-
tionem, tempus, quo ille alius malæ fide poffedit. Prima
pars colligitur ex *l. An vitium. ff. de Diuersis. & temporalib.
præfcription. & Inst. de Vfu captionib. §. Inter venditorem.*
& Glossa *ibidem.* Altera pars habetur *isdem iuribus, iunctis
Glossis ibid.*

Secundò dicimus: Malæ fides auctoris defuncti vsque
adeò nocet successori vniuersali, vt nunquam poffit suc-
cessor rem præfcribere, etiam si bonâ fide poffideret, nec velit
computare tempus, in quo defunctus malæ fide poffedit,
hoc est, quod defunctus vfu capere non potuit ob malam fi-
dem, quâ poffedit hæres, quamuis ignoret vitium defuncti,
vfu capere non potest. Id patet ex *l. Cum hères. ff. de Diuer-
fis. & temporalib. præfcript. & l. Si mala fides. C. Commu-
nia de Vfu captionib. & Inst. eod. Titul. §. Diuina.* Et est opti-
nio communis, vt ait Couarruias *loco citato. num. 1.* Im-
mo est etiam ipso iure Canonico approbata, vt testatur Pa-
normitanus *e. 2. num. 8. & c. Si diligenti. num. 9. de Præfcript.*
Et ratio huius est, quia, vt dixi, hæres vniuersalis, personam
defuncti refert, & eadem est conditio hæredis, quæ fuit tes-
tatoris defuncti. Doctores in *l. Cum à matre. C. de Rei
vendicat. nec ex persona hæredis, conditio obligationis mu-
tatur. l. Stipulationum. §. Ex his igitur. ff. de Verbor. obliga-
tion. & ideo poffeffio in vtroque, videlicet, defuncto, & hæ-
rede, vna & eadem censetur. Quare cum in defuncto fue-
rit vitiosa, non potest bona esse in successore. At quando
hæres ex alia causa, præterquam ex causa hæreditaria rem
defuncti poffideret, poffet ex ea causa rem illam vfu cape-
re, ita vt tunc mala fides defuncti ipsi non noceret. Velut si
defunctus cum prius rem aliquam loco pignoris vni tradi-
didisset, & eam alteri postea vendidisset, hæresq; eam redem-
didisset, profectò quemadmodum ille, cui defunctus rem v-
didit, poffet hæres eam potius, quia bonâ fide emit. Sic etiam
hæres, qui non tanquam hæres, sed tanquam redemptor
eam poffidet, potest vfu eam capere, & præfcribere. *l. An vi-
tium. ff. de Diuersis. & temporalib. præfcript.* cuius legis ver-
ba sunt: Ex hac o. propositum est, quendam, eum rem pi-
gnori dedisset, eandem distraxisset, hæredemque redemisset.
Quæritur, an hæres aduersus pignoris persequutionem excep-
tione longæ exceptionis vti poffit? Dicebam, hunc hære-
dem, qui pignus ab extraneo redemit, poffe exceptione
vti, quia in extraneo locum successit, non in eius, qui pigno-
ri dederat: quemadmodum si ante redemisset, & sic deinde
hæres existisset.] Sic ibi Vlpianus.*

Quæres, quid iudicandum sit, si defunctus fuerit debi-
tor alicuius quantitat, & ratione eiusmodi obligationis
malam fidem habuerit, An eius hæres bonam fidem habens,
poffit præfcribere eiusmodi auctoris auctorem. Couar-
ruias *loco citato* dicit poffe præfcribere, dummodo nolit
vti hæres accessione temporis, quo defunctus malæ fide v-
sus est, hoc est, dummodo non computet tempus, quo defun-
ctus malam fidem habuit, sed tantum tempus, quo ipse hæ-
res in bona fide fuit.

Octauò quaeritur, An quando lex pœnalis concedit ad-
uersus delinquentem actionem intra certum tempus, poffit
præfcribere actionem, & ipsam pœnam, tum is qui deli-
quit, tum eius hæres, quamuis eam actionem sciuerit ad-
uersus delinquentem competere, & pœnam ratione cul-
pæ debitam esse: hoc est quaerere, An præfcripta præfcri-
bi queant, etiam si quis sit malæ fidei poffeffor? Respon-
dent quidam poffe, excepto Hæretico, cuius ob hæresim
sunt bona fisco addicta. Ita Couarruias in *Epitome. 2.
cap. 6. §. 8. numer. 5.* Panormitanus, & Felinus *e. ult. de Præ-
fcript.* Dixi (excepto Hæretico) quoniam in cap. *Accusa-
tus. §. In eo.* verba sunt hæc: In eo verò casu, quo hæredes
ad successorem non debent, ob hæresim tui auctoris, ad-

mitti, non obstante quod auctore ipso vivente hoc non fuerit interveniente ipsius morte per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum, post mortem eiusdem nihilominus procedatur. Vbi Glossa dicit, hoc intelligi post quadraginta annos: nam postea adimi non poterunt etiam à Romana Ecclesia filiis Catholicis, qui illa tanto tempore bona fide possederunt. Quod, inquit, verum est, si parentes Catholici putabantur. Sic Glossa eo in loco, cuius sententia in hac parte est in cap. Si qui de Prescript. in 6. vbi ita legitur: Si qui ex Gentibus, culpatis, vel excessibus ab eisdem commissis bonis, quæ à Romana, vel ab aliis tenentur Ecclesis, sint per sententiam, vel ipso iure privati, statumur, et in apprehendis, vel occupandis postea quomodocumque bonis eisdem, nullis (licet humane legis super hoc alia tempora statueri videantur) ipsi Ecclesis temporis lapsus obstat, nisi contra ipsam Romanam Ecclesiam centenaria, vel contra Ecclesias alias quadragenaria prescriptio legitime sit completa. Si post mortem hæreticorum, qui dum viverent, Catholici putabantur, bona ipsorum à Catholicis eorum filiis, vel nepotibus, aut extraneis quibuscumque, spatio quadraginta annorum fuerint bona fide possessa: Sancimus eos super bonis huiusmodi, etiam si ad Romanam pervenire debent Ecclesiam, in hoc casu non esse vitiosus molestandos: quoniam illis, quorum bona fuerint, non detegantur hæretici existisse. Vbi Pontifex bonam fidem possessoris requirit.

Nihilominus tamen Couarruias, quo dicitur in loco, in sua sententia persistit, in penis, vel ipso iure, vel per sententiam laici, præscribendis, malam fidem nihil impedire, etiam iure Canonico, si prescriptio sit talis, quæ iure Civili cum mala fide approbetur: non autem ea, quæ iure Canonico ob malam fidem possessoris damnatur. Ex quo, inquit, iure Civili, adversus Fiscum secularium bona alienius ob vectigal non solum Principi, vel Republicæ vel ipso iure confiscata, vti capi, vel prescribi quinquennio possunt, etiam si mala fide; hoc est, etiam si sciens ea ad Fiscum pertinere, aliquis possideat, iuxta legem secundam. C. de Vectigalibus. Et Commissi: Quem, inquit, textum commendat Abbas in cap. Cum nobis de Prescriptio. Romanus Singular. 477. Bert. cum in Tractat. de Gabellis. part. 9. num. 5. Ad idem Couarruias iure Civili post quinquennium, obitu Hæretici nondum acculati, bona illius tuto ab hæreticis retineti, eaque prescriptio deicendi, quamvis sciantur illum hæreticum fuisse: Quod, inquit, locum habet, quando bona Hæretici Fisci Civili sunt addicta, & obligata ob hæresis crimen. Quod probat ex Abbate, & Felino in cap. Cum nobis de Prescript. Et Franciscus cap. 2. de Prescriptio. in 6. & Glossa in l. Manichæos. C. de Hæret. Hoc idem tradidisse videntur Bartolus, & Salicetus in l. 2. C. de Apostha. & Romanus in Singulari 436. Incipienti, de Crimine. Hippolitus Marfil. Singulari 307. quod incipit: Bona delinquentis. Antonius Gomes Tomo 3. Variar. resolut. c. 14. num. 3. & idem iuris dicit Couarruias esse de bonis eius, qui crimen læsæ Maiestatis admittit. Ceterum in Fiscio Ecclesiæ, quod attinet bona, quæ ipso iure, vel per sententiam Iudicis ob crimine confiscata sunt, locum habere dicit, quod statuitur in cap. Si qui. Et in c. Accusatus superius allegatis. Mihi vero duo videntur dicenda in hac re. Vnum est, bonam fidem requiri ad præscribendum etiam prædicta, de quibus est prærens questio, quia ius Canonicum in talem fidem requirit generatim in omni prescriptioe, & ius Canonicum in hac parte est servandum, non civile. Alterum est, etiam esse iudicandum secundum ius canonicum, non civile, in præscribendis bonis Hæreticorum, qui post mortem damnantur, ut non præscribantur ante lapsum quadraginta annorum, quia non est iure Canonico sancitum.

Nono quaeritur: An debitor adversus quem creditor habet actionem personalem, siue realem, possit præscribere cum mala fide actionem cuiusmodi? De hac questione Panormitanus in cap. ult. de Prescript. num. 9. vbi quaerit, An iure Canonico sit correctum civile ius, quod prescriptioem etiam cum mala fide approbat in iustis rebus, quæ

facto ipso possideri dicuntur. Et dicit, Bartolum in l. Sequitur. §. Si viam. ff. de Usucapionibus. Singularem opinionem habuisse, videlicet ius Canonicum, quod in prescriptioe bonam fidem requirit, tantummodo locum habere in prescriptioe, quæ procedit ex possessione præscribentis, non in ea, quæ sine possessione vlla præscribentis sit. Vnde colligit Bartolus, teste Panormitano, valere statum civitatis, quo decernitur, ut si creditor debitum non exigat intra certum tempus, suo iure cadat, vel quo decernitur, ut in posterum non audiat à Iudice. Nam in primo casu, inquit Bartolus, omnis obligatio civilis, & naturalis tollitur, & perimitur: in secundo vero casu nulla obligatio extinguatur, sed via agendi præcluditur. Et ideo tunc creditor solum potest agere contra debitorem per denunciationem, iuxta id, quod habetur in cap. Neut. de Iudicis. Nec potest creditor pacto vllio renuntiare eiusmodi statuto, quia est introductum, inquit Bartolus, in odium, & penam negligentis, ac proinde favore publico. Ac proinde Bartolus in l. Omnes populi. ff. de Iusticiis. Et iure, censet tale statum non valere: immo nec lex Imperatoria vllam vim haberet, si decerneret, ut intra certum tempus creditori debitum non exigens præscriberet: quia statuta, siue leges, quæ concedunt, ut mala fidei possessor præscribat, sunt iniuræ, quia tenent hominum peccata. Certè dicendum est, debitorem non posse præscribere, quia etiam si creditor non exigat intra certum tempus, semper est debitor secundum conscientiam.

Aliubi statuta sunt, ut nisi famuli intra triennium à die, quo domini seruire desierint, mercedem suæ operæ petant, non possint eam deinceps petere, neque domini cogantur eam solvere: dummodo duæ conditiones interueniant, vna, si domini triennio illo commorarentur in loco, vbi famulos ad famulandum receperunt: Altera, si famulus viginti quatuor annorum ætatis attingit: si minus, tale triennium solum incipiat à die, quo famulus ad viginti quatuor annorum ætatem peruenit. Quibus statutis nihil obstantibus, dominus debet famulo secundum conscientiam solvere mercedem, etiam si triennio, immo longiori tempore elapso, merces postulata non fuerit: quia talia statuta cum iure Canonico pugnant, quod malam fidem in prescriptioe penitus improbat. Quæres, an saltem eiusmodi statuta sint licita, quibus caveri solet alicui, ne in iudicio detur actio famulis contra dominos, qui intra certum annorum spatium debitam sibi mercedem non postularunt. Quidam in hac parte sententiam Bartoli tenentur, Primo, quia talia statuta non concedunt, ut domini mala fide præscribant mercedem, quam famulus debent. Secundo, quia potest Republica actionem in iudicio denegare, quia eam actionem denegant emptoribus, & venditoribus, qui se deceptum emendo, & vendendo citra, non ultra dimidium pretij iusti. Item leges nullam actionem permittunt ei, qui tantummodo ex vana promissione, aut simplici pacto obligatur, & tamen in horum singulis naturalis est secundum conscientiam obligatio. Neque iudicio, eiusmodi statuta, nec conditi, nec approbati deberent, quia peccatis videntur favore. Nec argumentum allatum à simili ductum vim habet, quia non est idem, actionem in iudicio non concedere, quod statueri, ne actio in iudicio permittatur. In multis enim leges actionem non concedunt, sed non decernunt aut prohibent, ne illis actio detur.

Sed vade, inquit, factum est, ut leges tales, & statuta alicubi condantur? Respondeo, ea oriri habuisse ex sententia Bartoli, qui ea comprobavit sua auctoritate: nec id mirum cuiquam videri debet, si quidem tante sunt illæ auctoritatis, ut eius opiniones sententia iudicis preterquam que recitentur in causis dirimendis, in bulque terminandis.

De tertia conditione ad Prescriptionem necessaria, videlicet, Qui possint vsucapere, siue prescribere.

CAP. XIX.

PRIMO queritur, An omnes homines prescribere queant: Paulus in l. Sequitur, de vsucapionibus: [vsucapere, inquit, potest scilicet paterfamilias, & filius familias, & maxime miles acquisitum in castris vsucapier.] Sensus est: Possit vsucapere eos, qui possidere queunt, videlicet civiliter, non autem naturaliter dumtaxat: dominium enim eius possessione non acquiritur: & ideo dixit Paulus vsucapere posse patrem familias, videlicet quia sui iuris est, & suo nomine possidere potest. Dixit etiam vsucapere filium familias, & maxime militem, quia filius familias bona aduentitia, quod attinet ad proprietatem, potest suo nomine possidere, quamuis usufructus in eis patri acquiratur. Si vero filius familias fuerit miles, bona castrensia, vel quasi castrensia potest suo nomine possidere, cum quatenus in proprietate, tum etiam quatenus in usufructu consistunt: ideo potest ea vsucapere, siue prescribere.

Secundò queritur, An pupillus vsucapere possit? Respondet idem Paulus loco citato: [Pupillus si tutore auctore ceperit possidere, vsucapit. Si non tutore auctore possideat, & animum possidendi habeat, dicemus, posse eum vsucapere.] Sensus est, omnem pupillum, etiam infantem, si auctoritate tutoris ceperit alienum bona fide possidere, posse id vsucapere: At verò si rationis compos sit, potest vsucapere etiam sine auctoritate tutoris, quia ut dicit Martianus in l. Pupil. ff. de Acquir. rer. dom. [Pupillus quantum ad acquiritum, non indiget tutoris auctoritate.]

Tertio queritur, An furiosus vsucapere, vel prescribere queat? Respondet, idem Iuriconsultus: [Furiosus quod ante furorē possidere cepit, vsucapier. Sed & persona ita demum vsucapere potest, si ex ea causa possideat, ex qua vsucapio sequitur.] Sententia Iuriconsulti est: Si furiosus, dum sane mentis compos est, ceperit bona fide rem alienam possidere, vsucapier in furore, quia per furorē non definit possidere, ac proinde in furore possessio continuatur, non interruptitur. Dum verò actu, rationis est impos, potest vsucapere, si videlicet tutoris, vel curatoris auctoritate ceperit possidere.

Quarto queritur, An seruus vsucapere possit? Respondet, eum eodem Iuriconsulto, seruum pro herede non posse possidere. Vult dicere Paulus, seruum non posse vsucapere, quia non sibi, sed domino acquirit, & ideo non suo, sed domini nomine potest aliquid possidere, & ita non sibi, sed domino vsucapier. At verò pro herede, hoc est, iure hereditario nunquam potest vsucapere. Et ratio est, quia heres institutus, vel iussu domini, vel absque eo adit hereditatem. Si primum, non ipse possidet, nec vsucapit, sed dominus per eum. Si secundum, tunc nihil facit, vnde nec sibi, nec domino acquirit hereditatem. Et hoc est, quod Iuriconsulti dicunt, hereditatem nullo temporis momento penes seruum esse, quia videlicet, vel statim acquiritur domino, vel nunquam.

Quinto queritur, Qui sint generatim, qui prescribere possunt, aut non possunt. Respondet, quotquot suo nomine possidere queunt, posse prescribere; non autem eos, qui alieno nomine possident, cap. si diligenti, de Prescrip. Vnde nullo vnquam tempore, qui rem precario possidet, vel habet, vsucapere potest. cap. Quis cognouimus, 10. qu. 3. Et cap. Clerici, 6. qu. 3. Nec Colonus eodem cap. Clerici: nec usufructuarius nec creditor, quod attinet ad pignus. l. nec creditores. Code pignorat. act. ex quo fit, vt nec qui in emphyteusim, nec qui in feudum rem accepit, nec conductor, nec qui rem apud se depositam, vel commodatam habent, possint aliquo tempore rem ipsam acceptam prescribere, quia non suo, sed alieno nomine possident.

De quarta conditione Prescriptionis, scilicet que res prescribi possint, vel non possint.

CAP. XX.

PRIMO queritur, An non solum res corporales, sed etiam incorporales, cuiusmodi sunt seruitutes, actiones, & iura prescribi queant? Respondet, generatim posse prescribi omnia huiusmodi. Ita colligitur ex cap. Ad aures de Prescrip. Et l. Sicut in rem, de Prescrip. triginta, vel quadraginta annorum, nisi aliquid horum prohibeatur expressè. Obijcies: Incorporalia possideri non possunt, ergo nec vsucapi, aut prescribi. l. Seruitutes praediorum, ff. de Seruit. Respondet cum Glossa l. Seruitutes praediorum, modo citata. Incorporalia non possideri, at quasi possideri. Institut. de Usufructu. §. Constituitur. Et l. vlt. ff. de Titinere actus, vlt. l. Regulariter. ff. de Pet. hered. Et l. 2. ff. Communia praedior.

Dubia quaestio est, An omnes seruitutes praediorum prescribi possint. glossator in l. Seruit. praedicta, in verbo, Certum, respondet: Si seruitus habet causam perpetuam, aut quasi perpetuam, prescribi potest: perpetuam causam habet seruitus tollendi altius aedificium, vel immittendi tignum in patetem vicini. l. 1. ff. de Seruit. urbano praedior. quasi perpetuam habet stillicidium auertendi in telum, vel aream vicini. Hae virtutes prescribi queunt. l. 2. c. de Seruit. Si seruitus non habet causam perpetuam, aut quasi perpetuam, non potest vsucapi, vt dicitur in l. Seruitutes superius allegata. Tales seruitutes sunt iter, via, actus, & aquis haustus, appulsus pecoris ad aquam, & non prescribuntur nisi lapsu temporis, cuius initij memoria apud homines non sit. l. vlt. ff. de Aqua pluui. arce. Et l. Hoc iura. §. Ductus. ff. de Aqua quous. Et est iura.

Eadem Glossa subiungit: Quamuis seruitutes prioris generis prescribi non possint; si quis tamen dicat, talem seruitutem sibi deberi, aut sibi esse constitutam ex causa, siue titulo, nec id possit probare testibus, aut instrumento: sed coniectura tantum, quia sit vsus seruitute praedij vicini domino sciente, & non contradicente per decem, aut viginti annos: tunc seruitus probabiliter iudicatur constituta ex causa, quae praecessisse videtur. l. ad finem, ff. de Aqua plu. arce.

Secundò queritur, vtrum prescribi queant res, vel loca religiosa, & sacra, aut sancta, aut iura ecclesiastica, siue spiritualia. Respondet, res, vel loca sacra, religiosa, vel sancta prescribi non posse. Institut. de vsucap. §. 1. quia tales res exemptae sunt à commercio hominum. Si verò res sacra fuerit rursus profana, veluti si capiat ab hostibus, possit vsucapi, l. Cum loca. ff. de Religio. Et sumptibus. Iura autem spiritualia, & ecclesiastica à laicis prescribi non possunt, quia ea possidere, vel quasi possidere nequeunt. c. Causam, de Prescrip. Vnde etiam si mille anni transierint, laici talia iura, veluti decimarum, primitiarum, oblationum, prescribere non valent. Ioan. Andreas cap. 2. de Praeb. in 6. quia talia iura in laicos cadere nequeunt, ac proinde non possunt vnquam laici prescribere ius cognoscendi, & iudicandi causas ecclesiarum, vel clericorum.

Tertio queritur, An ius Patronatus, quò videlicet quis nominat, & offert clericum promouendum ad aliquam ecclesiam, possit à laico prescribi? De hac quaestione Covarruias in Regul. Possessor mala fidei p. 2. §. 21. numer. 1. Et segg. Respondet, in Ecclesia libera minime, quia est ius ecclesiasticum, & quasi spirituale. Ita Archidiaconus, Ioan. Andreas, Panormitanus, Cardinalis Alexandr. Felicius, Decius apud Covarruiam loco citato; vbi etiam dicit hanc communem esse sententiam. Dices, In laicum etiam ius patronatus cadit, ergo potest prescribi à laico. Respondet, non esse dubitandum, quin laicus possit habere ius patronatus in Ecclesia, quam ipse fundauerit, & edificauerit, vel dotaauerit, quia tale ius ecclesiasticum tribuit, vt patet ex titulo de iure patronatus, & potest etiam privilegio Ro-

mani Pontificis prescribi: at negamus laicum posse prescribere ius patronatus in Ecclesia, quam constat communem ac liberam esse a tali iure, hoc est, in Ecclesia, quae non videtur ab aliquo laico fundata, extructa, & dotata esse. Potest tamen laicus ius patronatus prescribere contra alium in Ecclesia, quae non est libera, sed ius patronatus grauat. Obijciens, communem esse Doctorum sententiam in cap. *Generali, de elect. in Sexto. & cap. Querebam, de elect. ius patronatus acquiri laicis non solum fundatione, & edificatione, vel donatione Ecclesiae, sed etiam consuetudine, & prescriptione, ut colligitur ex cap. *Generali. & cap. Querebam modo citatis. Respondeo, id locum habere, quia aliquando prescribit tale ius contra alium, ut constat ex cap. *Consultationibus, de ius patronatus. Tum etiam, quia ex diuina consuetudine nominandi, designandi, & offerendi clericos, cuius in iij memoria apud homines non existat, verisimiliter creditur fundasse, vel edificasse, vel dotasse Ecclesiam: ita ut ius patronatus possit esse, ut ait Glossa in cap. *Consultationibus, de ius patronatus in verbo. (credebatur) penes laicum, vel secundam rei veritatem, videlicet, quia fundauerit, extruxerit, vel dotauerit Ecclesiam, vel opinione, & exhibitione communi, quia videlicet fundasse, extruxisse, vel dotasse Ecclesiam probabiliter videtur, vel quia privilegio speciali Romani Pontificis tale ius patronatus habuisse putatur.****

Quarto quaeritur, An Ecclesiasticum beneficium prescriptione possit acquiri. Respondet Couarruias in *Regula. Possessor mala fidei, part. 2. §. 10. num. 9. Titulus beneficij prescriptione acquiri nequit. Glossa in e. Ex frequentibus de Instit. quia beneficium Ecclesiasticum licet, huc canonice institutione non potest obtineri. cap. 1. de Regul. iur. in Sexto. Nihilominus tamen legitimo cursu temporis possessor beneficij prescribere potest aduersus eum, qui verum, & canonicum titulum habet. Glossa in cap. *Contingit, de Dolo, & contumacia. Panormitanus ibidem. Et in cap. *Curiam, de ius patronatus. Periculum de rescriptis eius in cap. *Sicut, de sent. & re iudic. num. 30. Franciscus Baibus de prescript. part. 3. par. Princip. qu. 10. Ioan. Silva de benef. part. 3. qu. 21. ad finem. requiritur in hac prescriptione bona fides, & titulus verisimilis, quem coloratum appellant, possessionis. Vnde Regula Cancellariae de Trienniali possessor. defendit possessorem, et quae tribuit aduersus actorem exceptionem tantum. Couarru. loco citato. numer. 10. ex Felino, *Cassandro, Ludouico Gomez. at non dat possessori canonicum titulum, idem Couarruias ex Glossa, Felino, *Cassandro, & Ludouico Gomez. & Ioan. Silva. Licet oppositum sententia, Rebutus de Pacis. possessor. nu. 7. & Glossa in Regula de Trienniali possessor. 33. Quare triennis possessor etiam bonae fidei, & cum titulo verisimili, debet beneficium dimittere securum conscientiam, quoties seueri sibi canonici titulum ad beneficium obtinendum desit. Couarruias in loco superius allegato, quamuis Rebutus de Pacis. possessor. num. 7. & segg. & Probus in Schelius ad Glossam Pragmaticam sanctionis de Pacis. possessor. in verbo *Coloratum, num. 13. oppositum tradiderit.*******

Quinto quaeritur, Quenam sint alia, quae vlucapi, aut prescribi iure non possunt. Respondeo esse multa, videlicet, quae sequuntur.

Primo contra peccata iure naturali, aut diuino damnata, sine prohibita, prescriptio non currit: immo diuturnitas temporis adiget peccati turpitudinem. c. *Cum haberet, de eo qui dicitur, quom polluit per adulterium. c. Non satis. cap. *Cum in Ecclesia, de Simonia. Iure vero civilis. plus temporis aliquando peccati poenam minuit. l. Si diuino tempore. ff. De penis, aliquando etiam omnino tollit. Vnde Panormitanus ex communi sententia Doctorum tradit in cap. *Cum haberet, supra memorato, aduersus quodlibet tamen procedere iure cituli prescriptionem, ut post lapsum decem annorum nequeat aliquis aculari. l. Si diuino. ff. De penis. immo in l. Adulter. ff. De adulter. haberetur, ut post quinquentium non possit quis adiuuente accusare, nisi in duobus casibus.***

Secundo contra obedientiam, visitationem, & prouinciationem, quae debetur ratione visitationis, prescriptio minime procedit. cap. *Cum non licent, de prescripto.*

Tertio, Limes, vel quod adhaeret limitibus Episcopatus, prouinciarum, vel parochiarum, prescribi non potest. cap. *Licet. 16. quast. 3. cap. In Regulis, de Parochiis. cap. Super, de prescripto. ne termini parochiarum, vel prouinciarum contendantur.*

Quarto, Liber homo prescribi nequit. l. Vltimam. ff. De vlucap. & Institut. de vlucap. §. 1. & 16. Quast. 4. cap. *Placuit. §. Potest, versicul. Si liber homo: nec seruus fugitiuus. Institut. de vlucap. §. 1.*

Quinto, Publicae res, hoc est ad publicum usum populi, vel ciuitatis destinatae prescribi non possunt, uti viae, plateae, theatra, pontes, & alias huiusmodi. l. Vltimam. ff. De vlucap. l. Prescriptio. C. de opere publico. l. Diligent. C. de Aqua ductu. & hoc locum habet, etiam si populus, vel ciuitas his locis non utatur. l. Viam. ff. de via publica.

Sexto, Publicae functiones, hoc est pensiones, quae agris Re. publi. ex solui debent, non prescribuntur. 16. quast. 4. cap. *Placuit. §. Porro. l. Comperit. C. de prescripto. 30. annorum. Nec res huiusmodi prescribi potest. l. Quamuis. ff. de vlucap. §. 1. & l. 2. eod. Titu. & Institut. eod. Tit. §. Res. ff. Nec possessiones agrorum a colonis prescribi queunt. l. Male agitur. C. de prescripto. 30. vel 40. annorum.*

Septimo, prescriptio non currit contra ea quae sunt reseruata Principi ratione obsequij, & obedientiae debita. l. Comperit serenitas nostra. C. de prescriptio. triginta annorum, & colligitur ex cap. *Cum non licent, de prescripto. hoc locum habet in tributo & censu, quae Principi debentur, non in us, quae Principi reuertuntur ratione domini, aut singularis privilegij, quod habet, qualia sunt, legitimis natalibus restituere, tabelliones creare, exigere vccogalia, & alia similia; in his enim locum habet prescriptio seruente Principe, & taente, & lapsus temporis, cuius initium in hominum memoria non fit: ut colligitur ex cap. *Super quibusdam, de verborum significatione, & Bartolus in l. Curiosos populos. C. de Summa Trinitate, & fide Catholica. l. Si publicanus. ff. de Publicanis. & in l. 1. ff. de Aqua plu. arcen.**

Octaudo, Prescribi non possunt quae ex delicto debentur, veluti ex furto, rapina, viura, iniuria, Institut. de vlucap. §. Furtiva item rei per vim possessa, Institut. eod. Titu. §. Furtiva. l. Non solum. ff. de vlucap. nam lege 12. *Tabularum, & l. Actinia, cuius etiam meminit Gellius libr. 17. cap. 7. cautum fuit, ne res furtiva vilo vnquam tempore vlucapi possit. Vnde hoc locum habet non solum in primo possessore, qui est mala fidei, sed etiam in quolibet alio, qui ab eo etiam bona fide rem ement, vel etiam acceperit. Institut. de vlucap. §. Furtiva: res enim furtiva, vel per vim, aut iniuriam exorta prescribi non potest: at vero si haeres rem defuncto commodatam aut locatam, aut apud eum depositam existimans hereditariam esse, bona fide accipiens vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, is, qui acceperit, vlucapere potest. Institut. de vlucap. §. Sed tamen idem. Item res furtiva, aut per vim possessa, aliquando potest vlucapi, veluti si in domum potestatem reuertit. Institut. de vlucap. §. Aliquando. l. Sequitur. h. Quod autem ff. de vlucap. Tunc autem in potestatem reuertit, conuenit, cum possessionem eius uacuis est, ut iusto ab ea auelli non possit. l. Sequitur modo citata. Item quando pretium rei iure dominus accepit, aut si voluntate eius alteri tradita res sit. Quod si res pupilli intercepta sit, iudicet si tutor sciat reddisse rem in domum pupilli: si tunc, si iudicet curatorem tate. l. Sequitur. §. Si pupilli. ff. de vlucap.*

Item haeres qui in ius defuncti fatis succedit, haec apud eum ignorantem ancillam furtiuam esse conceperit, & peperit, non vlucapit. l. Sequitur. §. Haeres. ff. de vlucap. & alio est, quia succedit in manum, haem tenet, tota.

De illo queritur, Si seruus meus, ancillam quam furti-
puit, pro libertate sua mihi dedit, an partem apud me
conceptum usurpare possim. Sabinus & Cassius non pu-
tant, quia possessio, quam seruus vitiose nactus sit, domi-
no nocet. Et hoc verum est. Paulus in l. Sequitur. §. Illo. ff.
de Vfuscap.

[Sed etsi vt seruum meum manumitterem, alius mihi
furtiuam ancillam dederit, eaque apud me conceperit, &
peperit, vsu me non capturum. Idemque fore, si quis eam
ancillam mecum permutasset, aut in solutum dedisset: Item
si donasset, si autem quam pariat, alienam esse sciauerit emptor,
diximus vscupere eum non posse; quod si nescierit, posse.
Quod si iam cum vscupere, cognouerit alienam esse, ini-
tium vscupationis incitari debemus, sicut in empti rebus
placuit.] Paulus in eadem lege §. 8.

[Lana ouium furtiuarum, si quidem apud furem detenta
est, vscupari non potest: Si vero apud bonæ fidei emptorem,
contra: quoniam in fructu est, nec vscupari debet, sed sta-
tim emptoris fit. Idem de aguis dicitur, si consumpti
sunt, quod verum est.] Paulus in l. Sequitur. §. De lana. ff. de
vscup.

Idem dicendum, si ex lana furtiua vestimentum fece-
ris, vt substantiam spectemus, & ideo vestis furtiua esset, vt
ibi ait Paulus in l. Sequitur. §. Si ex lana. ff. de vscup.

Si rem pignori datam debitor furtiuerit, & vendiderit,
vscupari eum posse, Cassius scribit, quia in potestatem domi-
ni videtur peruicisse, qui pignori dedit, quamuis eum eo
furti agi potest, quod puto rectius dici meo. C. Item.

Si tu vi me expuleris de fundi possessione, & apprehen-
deris possessionem, sed Titius in vacuam possessionem in-
trauerit, potest longo tempore capi res, quia verum est, vi
me deiecit: non tamen verum est, & vi possessum esse. Ce-
terum etiam si mala fide fundum me possidentem deieceris,
& venderis, non poterit vscupari, quoniam verum est vi
possessum esse, licet non à domino. Paulus in ea l. Sequitur.
§. Si tu vi.

Nonò, Res quam lex, aut canon prohibet alienare,
multis in casibus prescribi non potest, vt habet Panormi-
tanus in cap. Cum non liceat, de Prescript. veluti cum lex
prohibet alienationem rei, quia eius non est commercium,
neque possessio, cuiusmodi sunt res, sacre, sanctæ, religiose.
Item, cum prohibet lex simpliciter alienationem favore
ipsum rei, quales est fundus dotalis. Item quando res trans-
it, & peruenit ad eum, contra quem prescriptio currere
non potest, vt dicit Ioannes Andreas cap. de iure patronat.
in Sexto. At verò quando lex prohibet alienationem non
simpliciter, sed sine solemnibus quadam formula iuris, tunc
bona fide, & excluso errore iuris, prescriptio procedit,
quando habet cetera, quæ iure naturali, & ius diuino requi-
runtur: veluti si ego rem emissem à minori, quem bonâ fi-
de putabam esse maiorem, vel à Prelato rem Ecclesiæ, cre-
dens consensum etiam canonicorum interuenisse. Sectus si
errorem in iure, ratus Prelatum eam rem posse vendere sine
Collegio Canonicorum, aut minorem sine auctoritate cu-
ratoris, & decreto iudicis.

Decimò, Prescribi nequit res, cuius alienationem de-
functus prohibuit. l. 2. C. de Vscupation. pro emptore, & ibi
Glossa & Bartolus.

Vndecimò, Non procedit Prescriptio contra rem, cuius
alienatio per pactum prohibetur; veluti cum res obliga-
tur alicui cum pacto ne interim alienetur. l. Si creditor. §.
vt. C. de distract. pignori. Addit tamen Panormitanus in c.
Cum non liceat, de Prescript. hoc locum habere in eo, cui res
est obligata ex pacto ne alienetur, non autem in eo, qui ni-
hil contraxit, nec cum tali pacto rem accepit.

Duodecimò, Res empta à prodigo, luxurioso, vel iustore,
prescribi non potest, vt docet Panormitanus in cap. Si dili-
genti, de Prescript. Hoc verò locum habet in his, quibus est
interdicta administratio bonorum, tunc enim nullius mo-
menti est contractus, nec inducitur vscupandi conditio. l.
Qui fundum. l. Qui sciens. ff. Pro emptore. At verò quando
alibus hominibus interdicta non est rerum suarum admi-

nistratio, tunc, si qui emit ab illis, aut ignorat eos pretium
consumpturos, & hic potest vscupere, quia est bonæ fi-
dei. l. Si quis cum sciat. ff. Pro emptore, aut nouit eos pre-
tium in melius vscupaturos, & hic nequit vscupere.
l. Si quis cum sciret, nuper allata, & ibi Bartolus. Vnde va-
let contractus, quo quis emit rem ab vno eorum qui lu-
dunt, quando non putat eum pretium in ludo consumptu-
rum, alioqui vscupere non potest: & multò minus valet
conditio, quo vnus inforam emit rem ab altero iustore. l.
vt. ff. de aleator.

Vitimo queritur, an curat Prescriptio contra igno-
rantem. Petrus Perusinus in tract. de quarta Episcopali, c. 2.
ad finem sentit, prescribitionem non procedere quando
quis actu, & habitu ignorat ius habere, sed ignorat
factum, ex quo conuenit sibi ius agendi; videlicet igno-
ret beneficia vacasse. Fatetur verò prescribitionem proce-
dere aduersus ignorantem, quando ignorat alterum tuum
prescribere, sicut tamen se ius in re habere. Panormitanus
verò in cap. Vigilanti, de Prescript. dicit, contra ignorantem,
& absentem currere prescribitionem, nisi ille ciuilibiter possi-
deat tunc enim non procedit, vt habetur in l. Male agitur.
C. de prescript. 30. anno: vbi dicitur, Colonum non posse
prescribere prædium sibi locatum à domino, quia non sibi,
sed domino possidet: & dominus quamuis ignorans, vel obli-
tus ciuilibiter possidet. Vnde Panormitanus colligit, pre-
scribitionem procedere aduersus ignorantem, siue ignoret
se, habere ius in re, siue factum, ex quo competit ius in re.
Quare si me absente, inquit, aut ignorante ingrediatur quis
in fundum meum possessione apprehensa, non incipit tunc
prescriptio, quamuis bonâ fide fuerit ingressus, quia per ta-
lem ingressum ego non desin fundum ciuilibiter possidere. l.
Si id quod. ff. de Acquirend. possess. Quare antequam pre-
scribitione inchoetur, necesse est, vt ego possessionem ciuilem
amittam. Veluti si sciens alium ingressum fuisse, suspicet me
posse repelli, & ideo animo, & voluntate desino possidere,
vel oblitus per decem annos possessionem neglexi, tunc incipit
contra me prescriptio currere, quæ sine possess. nec non
procederet: vt notauit Dynus in reguli sine possessio, de
Regul. iur. in sexto, & Glossa ibidem, & Barolus in l. C. de
seruit.

Addit Panormitanus, Si ignorantia sit ex causa iusta, &
probabili, tunc a quiete iuris subuenitur ignorantem, quia re-
stituatur in integrum.
Probabilior est hæc sententia Panormitani, cuiusmodi di-
cat Syluester in verbo Prescriptio. 2. quis. videlicet prescri-
bitionem currere contra ignorantem, etiam si eius ignorantia
non sit crassa, & improbabilis: quia prescribitionis leges,
& iura non tam sunt in odium, & potestati domini negligenti-
tis, quam in bonum publicum. Et ita Cuiusmodi in Regu-
Possessor mala fidei. Par. 3. §. 2. num. 3. vers. scimus nescitur,
dicit, falsam esse in hac parte opinionem Petri Perusini, & id
probat ex cap. Vigilanti, de Prescript. & l. vltim. C. de longi
temporis prescript. & ex Glossa in c. Vigilanti, in verbo La-
tentibus, & ex Felino, Socino, & aliis.

De causis, quibus res iure ciuili vscupatur, siue prescribitur.

CAP. XXI.

AD vscupandum causa aliqua possessionis requiri-
tur. Vnde lib. 41. Digestor. post titul. de vscupatio. po-
nuntur quidam tituli, quibus res vscupari potest, vide-
licet pro soluto, pro emptore, pro hærede, pro donato, pro
deiecto, pro legato, pro dote, pro suo.

Primò queritur, Quid intelligatur in titulo, pro solu-
to: In l. 2. ff. Pro soluto. dicit Hieronymianus: [Pro soluto
vscupari, qui rem debiti causa recipit: & non tantum quod
debetur, sed & quodlibet pro debito solutum, vscupari po-
test

test. v. g. promissi mihi librum, & vt solus promissum tradis mihi librum, qui non est tuus, sed bona fide putas esse tuum, possum vti capere titulo, & causa pro soluto. Idem iuris est, si cum deberes mihi certam pecuniam, & loco pecunie solueres mihi rem non tuam, sed quam tuam esse credebas, possum vti capere, Tit. Pro soluto. Et in l. Si existimaras ff. eodem Titu. habetur: Si existimaras me debere, ubi tradamata demum vti capio legitur. Si tu putares debere esse. Aliud est, si putem me ex causa venditi teneri, & ideo tradam: hic enim, nisi emptio precedat, pro emptore vti capio locum non habet. Diteritatis causa in illo est, quod in ceteris causis solutionis tempus inspicitur, nec interest eum stipulor, sciam alienum esse, nec ne. Sufficient enim me putare tuum esse, cum soluis: in emptione autem contractus tempus inspicitur. & quo soluitur: nec potest pro emptore vti capere, qui non emit, nec pro soluto, sicut in ceteris contractibus. Sic illic. Ergo pro soluto quis possidet, qui rem vel debitum, vel indebitum quasi debitam ab eo qui soluit, bona fide accepit. *l. Non solent. §. Si mihi. ff. de vti cap.*

Secundo queritur, Quid contineat Titulus, Pro emptore: Hoc titulo vti capio, qui reuera emit rem alienam bona fide ab eo, quem putabat esse dominum rei. Vti capio, qui emit rem a furtivo, quem suae mentis compositum esse credebatur. *l. 2. §. Si a pupillo. ff. Pro emptore. Et l. Pignori. §. ff. De vti cap.* Denique pro emptore possidere dicitur is, qui quali emptor, & causa emptiois, vel ex negotio emptiois proximo rem nactus est. *l. 2. ff. Pro emptore.* At in vti capione ex hac causa requiritur, vt bona fides adit, & tempore quo res venditur, & quo soluitur, suae traditur emptori a venditore. *l. Si existimans supra citata.* Deinde necesse est, vt eadem res, quae emptoria est, tradatur, non alia. *l. 2. §. Cum Styckum. ff. Pro emptore.* Praeterea si fundum emilem, & emptiores tines possedissent bona fide, totum possum vti capere, quia non singulas res, sed totam vniuersitatem possideo. *l. 2. §. Sed si fundus. ff. Pro emptore.* Si vero sciam partem alterius fundi adiectam, vti non capietur, quia mala fides impedit. *l. Qui fundum. §. 1. ff. Pro emptore.*

Tertio queritur, Quid veniat in Titulo pro haerede: Respondeo, Pro haerede possidere eum, qui ex causa hereditatis rei incumbit, est, qui cum vere haeres non sit, iustam tamen, & probabilem causam habuit existimandi se haereditatem esse, si modo testamenti factionem habuerit. *l. Non solent. ff. De vti cap. Et l. Pro haerede. ff. De petit. haer. in l. pro haerede. ff. eod. Titu.* dicitur: Pro haerede ex vii bonis nihil vti capio potest, etiam possessor, mortui rem fuisse existimauerit. Sensus legis est, Titulum pro haerede, si opinione, & existimatione tantum, non re ipsa sit, non sufficere ad vti capiendum. v. g. Credebam Titium obitum, cum tamen adhuc viueret, ceppi possidere bona eius tanquam haeres, & inter caetera bona, erat res quaedam aliena, quam defunctus bona fide possederat, non possum vti capere hoc Titulo pro haerede, quia cum Titius adhuc viuat, reuera haeres esse non possum. Nec sufficit si putem, Titium esse mortuum, & me haereditatem eius esse: Titio vero defuncto, procehit vti capio pro haerede. *in l. Qui legatorum. §. Quod vti capio. ff. Pro haerede.* habetur, Colonus, vel eum, apud quem res est deposita, aut cui commodata est, non posse mutare causam possessionis, & possidere pro haerede: & ideo hoc Titulo pro haerede, non posse vti capere. Et in §. Filium quoque, eadem lege dicitur, Filium quoque donatam rem a patre, pro haerede negat vti capere seruus, quia non potest causam possessionis mutare, antea possederat donatam, ergo non potest vti capere Tit. Pro haerede. Denique in l. Plerique, ff. eod. Tit. Pomponius, Plerique inquit, putauerunt, si haeres sim, & putem rem aliquam ex hereditate esse, quae non sit, posse me vti capere. Et in l. Constat, Paulus ait, constat eum, qui testamenti factionem habet, hoc est, vt Glossa interpretatur, qui potest haeres institui, vel qui indignus testari nequit, & ideo nec haeres institui, pro haerede vti capere potest.

Quarto queritur, Quid contineat Titulus pro donato?

Instit. Moral. Pars. 3.

In l. 1. ff. eodem Titu. pro donato. Paulus inquit, [Is vti capio eius, donationis causa, res tradita est: nec sufficit opinari, sed & donatum esse oportet.] Sic ille. Veluti, is vti capio Tit. pro donato, qui possidet rem sibi donatam ab eo, qui non erat dominus, sed cum dominum rei, bona fide credebatur. Et in l. Si vir vxori. ff. eod. Tit. Pomponius ait: Si vir vxori, vel vxor viro donauerit, si aliena res donata fuerit, verum est, quod Trebatius putabat, si pauperioris, qui donasset, non fieret, vti capionem possidenti procedere. Ita Pomponius. Vbi error Iuris cum errore facti coniunctus, vti capionem non impedit.

Quinto queritur, Quid intelligatur in Titu. Pro derelicto: Vlpianus in l. 1. ff. eod. Tit. [Si res, inquit, pro derelicto habita sit, statim nostra esse definit, & occupantis statim fit: quia iisdem modis res desunt esse nostrae, quibus acquiruntur.] Vbi Glossa in verb. [Desinit] ait: Res mobilis definit esse nostra, cum abiecta est animo obilis est, cum exitimus ab ea animo, & voluntate derelinquendi. Ex quo fit, vt pro derelicto non habeatur aliquid, nisi dominus id possidere desierit. In l. Id quod. ff. eod. Tit. Paulus dicit: Id, quod pro derelicto habitum est, & haberi putamus, vti capere possumus, etiam si ignoremus a quo derelictum sit. Dices, quo modo vti capimus Tit. pro derelicto: si quidem res pro derelicta habita a domino, statim definit eius esse, & fit occupantis: Respondeo cum Hostiensis in Summa, Tit. Pro derelicto. [Hoc titulo vti capio res mea possessa ab alio, qui dominus bona fide putabatur: & ab eodem pro derelicto habita, & occupata ab alio, qui credebatur suum esse verum dominum, & pro derelicto habuisse, vnde cepit eam possidere.] Vnde Glossa in l. Si id quod. supra citata explicat hunc titulum sic: Rem habitam pro derelicto a non domino apprehendi, credens quod dominus verus esset ille, qui habuit eam pro derelicto, vti capere possum Titulo, Pro derelicto, Vbi vero quis emit eandem rem ab illo, qui cepit eam possidere, is pro emptore, non pro derelicto vti capio eam: sicut si eandem emisset a marito, cui vxor ipsam donauerat. *l. Si id quod. ff. eod. Titu.* Et in l. Nemo potest. ff. eod. Titu. Iulianus ait: [Nemo potest pro derelicto vti capere, qui falso existimauerit rem pro derelicto habitam esse.] Et in l. Si quis merces, idem Iulianus inquit, [Si quis merces ex nauis iactatas inuenisset, num ideo vti capere non possit, quia non viderentur derelictae, queritur. Sed verus est, eum pro derelicto vti capere non posse.]

Sexto queritur, Quid accipi debeat in Tit. pro legato: Vlpianus in l. 1. ff. eod. Titu. Legatorum, inquit, nomine is videtur possidere, cui legatum est, videlicet, Glossa interpretare, ab eo, qui rei dominus est, vel ab eo, qui dominus rei non est, sed bona fide putabatur esse. In l. Si possideam. ff. eod. Titu. Paulus ait: Si possideam aliquam rem, quam putabam mihi legatam, cum non esset, pro legato non vti capiam. In l. Item non magis. ait idem Paulus: [Non magis, quam si quis emptum existimet quod non euenit.] Et in l. Pro legato. ff. eod. Titu. Paulus ait: Pro legato vti capio potest, si res aliena legata sit, aut testatoris quidem sit, sed adempta codicillis ignoratur. In horum enim persona subest iusta causa, quae sufficit ad vti capionem. Idem potest dici, et si in nomine erit dubitatio: veluti, si Titio legatum sit, cum sint duo Titij, vt alter eorum de se cogitatum existimauerit. Et in l. Ea res. ff. eod. Titu. [Ea res, labolenus inquit, quae legati nomine tradita est, quamuis dominus eius viuat, legatorum tamen nomine vti capietur.] Sententia legis est: Si quis legauerit mihi rem Titij, vti capere possum eam, tamen si totus dominus viuat, dummodo tamen credam testatoris fuisse: hoc enim est, quod dicit Pomponius in l. Sequenti. ff. eod. Titu. [Si is, cui tradita est, mortuum esse existimauerit.] Porro in hoc titulo requiritur, vt is, cui legatum est, si capax sit legati, ita vt possit capere ex testamento. *l. Nemo potest. Et l. Pro legato. 2. eod. Titu.* Vnde si impubes condidit testamentum, & legauerit rem Titio, si Titius credidit testatorem esse puberem, qui posset testari, vti capiet. Item si quis legauerit mihi rem, & deinde eam mihi codicillis ademerit, ego vero ignorans esse ademptam mihi, ceppi

D. 2. polli-

possidere, vti capere possum. *l. Pro legator. c. 2. ff. eod. Tit.*
 Septimo queritur: Quis veniat in Tit. pro dote in *l. 1. ff. Pro dote.* Vlpianus ait: Titulus est Vti capionis, & quidem iustissimus, qui appellatur Pro dote; Vt qui in dotem rem accipit, (videlicet alienam) vti capere possit spatio lolemni, quo solent, qui pro tempore vti capiant. Sic ille. Hic igitur titulus locum habet, quando res aliena bona fide datur in dotem. Vnde in *l. 1. ff. eod. Tit.* [Dux filia, inquit Scavoia, intestato patri hæredes exhibuit: & mancipia communi singula in dotem dederunt: & post aliquot annos à morte patris, familia hærescundæ iudicium inter eas dictatum est. Quæsitum est, cum maritu bona fide mancipia in dotem accepta, vt dotalia, multis annis possederint: an vti cepisse videantur, si ij, qui accipiebant, danti credidissent esse? Respondit, nihil proponi, cur non vti cepissent.] Pro dote igitur possidet, qui ex causa dotis rem sibi habet, id est, cui res aliena inestimata dotis nomine, post iustas nuptias tradita est. *l. 1. ff. Pro dote.* Inestimata dicitur, quia æstimata res pro emptore vti capitur. *l. Plerumque. §. Si ante. c. 1. Quoties. ff. de iure dotum. l. 1. c. Pro dote.*

Octavo queritur, Quid contineat titulus Pro suo? Hic titulus Vti capionis locum habet, quando alius titulus deest: v. g. Ceruum tuum credens ferum esse, non mansuetum, cepti, vti capere possum, quia bona fide cepti possidere pro meo. *Glossa in l. 1. ff. Pro suo.* Vnde in *l. Hominem. ff. eod. tit. Pomponius ait: Hominem, quem ex iustipulatione te mihi debere falso existimabas, tradidisti mihi. Si scissem nil mihi deberi, vti eum non capiam, quod si nescio, verus est, vt vti capiam; quia ipsa traditio ex causa, quam veram esse existimo, sufficit ad efficiendum, vt id, quod mihi traditum est, pro meo possideam.] Sic ille. Pro suo possidere proprie dicitur is qui falso, sed iusto & probabili errore huius causæ nimirum occupationis, allusionis, parvis empte, vel hærescundæ ancillas, fructus rei empte, aut donatæ, aut in hæreditate repetitæ possidet. *l. 1. 2. §. c. 1. §. 1. ff. Pro suo.**

Nono queritur, An sint alij etiam tituli iusti Vti capionis præter iam commemoratos? Respondeo, esse titulum pro transacto, quo vti capitur res, que relinquenti actione & à lite recedenti, transactionis causa traditur ab eo, qui eum non sit dominus rei, putat tamen se dominum esse. *l. Cui ex causa. c. Pro transacto.* Est etiam titulus, Pro iudicato: Nam res iudicata spatio decem annorum vti capitur. *Hosient. in Summa. tit. de Vti capionib. §. Pro suo. ad finem.* Titulus quoque est pro permutato, vt si permutatio ego rem alienam acquisierim, quia permutavi meam cum ea, quam Titius quidem possidebat, sed eius dominus non erat, putabatur verò bona fide dominus, ac proinde eam ego vti capere possum.

Est idem titulus Pro socio, qui potest dare causam vti capionis: vt si finis, vel soluta locierato, pars rei alienæ mihi obtigerit, putanti bona fide eam rem communem esse sociorum, eum tamen esset aliena, vti capere possum.

De sexta conditione Prescriptionis, hoc est, de lapsu temporis ad Prescriptionem requisito.

CAP. XXII.

Sexto loco, ad vti capendum, siue preferendum requiritur lapsus temporis lege, vel canone definitus.

Primo queritur, Intra quantum temporis spatium res mobilis vti capere queat? De hac questione Panormitanus in capite 1. de In integrum restitut. num. 11. & Couarruias in Regul. iustiss. part. 2. §. 2. numer. 3. Respondeo, res mobiles priuatarum hominum vti capere, si per triennium bona fide, eum quælo possideantur. *Instit. de Vti cap. in prin. c. 1. c. de Vti cap. transformanda.*

Secundo queritur, An vti capio triennis procedat contra Ecclesiam in rebus mobilibus? De hac etiam Panorm. & Couarr. *l. 1. de iust. supra citatis.* Dux sunt opinioniones, vna est asserentium res mobiles Ecclesie vti capere triennio. Sic In-

nocentius in cap. 7. de In integrum restitutione. *Godecius in Sum. tit. de Restitut. In integrum.* *Glossa in Auth. de Eccl. tit. 1. Pro temporalib. & Glossa in Auth. de Non alienam. §. Si minus.* *Glossa in Auth. Quæ aliorum, de Sacros. Eccl. in verbis (Durantibus.) Dynus in Regul. Possessor. de Regul. iur. in d. & Glossa 12. quest. 21. cap. de Restitut. Speculator in tit. de Restitut. In integrum. §. 2. versicul. Vt autem Cardinal. Clement. 7. Notab. 8. de Sequetrat. posses. Hanc opinionem dicit Couarruias loco citato esse communem, & citat præter memoratos auctores, Felinum, Franciscum, Baibum, & Angelum. Ratio huius opinionis est, quia nihil ius Canonicum de hac re constituit. Ergo ius civile locum habet, iuxta id, quod habetur cap. 1. de Noui operis numerat. Altera sententia negat, triennalem vti capionem locum habere contra Ecclesiam in rebus mobilibus. Ita *Hosient. cap. 1. de In integrum restitut. qui in Sum. tit. de In integrum. restit. Innocentij sententiam secutus est.* Panormitanus loco supra citato dicit, primam opinionem esse communem, & veniorem, si iuris subtilitatem spectemus; secundam tamen equiorem, & quia sancti Ecclesie, posse teneri. Profecto, cum secunda opinio, Ecclesie fauorem tueatur, meo iudicio præterenda est, quia non est Canon, aut textus iuris Canonici, quo in rebus Ecclesie mobilibus approbetur vti capio triennis. Deinde in cap. illud, de Prescrip. dicitur: [aduersus Ecclesiam minorem prescriptionem, quam quadraginta annorum Romanæ Ecclesie non admittit.] Sed ibi Pontifex nihil distinguit de immobilibus, aut mobilibus rebus, generatim loquitur, ergo nec nos distinguere debemus. Tertio, contra Felinum non procedit vti capio. *Instit. de Vti cap. §. Res fieri.* ergo nec contra Ecclesiam, que minor privilegio non gaudet. Vnde non probo quod quidam dixerunt, Triennio vti capiuntur res immobiles Ecclesie etiam si Romana sit, quoniam tunc committitur Auctores tradiderint, currere triennalem vti capionem contra Ecclesiam inferiores Romana in rebus mobilibus, non tamen dixerunt expressè, locum etiam habere contra Romanam Ecclesiam, que certe maiora habet privilegia, quam ceteræ Ecclesie.*

Tercio queritur, An vti capio triennis locum habeat contra Reipublicam, & quilibet ciuitatem in rebus mobilibus? Respondeo cum *Innoc. & Panor. in c. de In integr. restit.* habere locum, sed Reipubl. inquit Innocentius, datur restitutio in integrum contra vti capionem, si fuerit grauius læsa, non tamen datur ciuitati. Verus est, quod dicit Panor. Bartol. secum, etiam ciuitatem posse petere aduersus laicorum restitutionem in integrum: eo quod ciuitas gaudet privilegio minoris, quoniam aliorum opera, & min. seruo gubernatur, sicut minor: & quia in ciuitate sunt multi minores, pupilli, vidui, & alia miserabiles persone: eodem privilegio gaudere castra, & villas, sicut ibidem Panor. secum Bald. Item Hospitalis denus, & loca communis pietatis causa exstructa, & Collegia Canonicorum: quod probat Panormitanus auctoritate Innocentij, & Ios. Andree.

Quarto queritur, An vti capio triennis currit contra pupillum, aut minorem in rebus mobilibus? Respondeo cum Panor. loco cit. contra pupillum nullam currere prescriptionem pupilli ætate. *l. Sicut in rem. c. de Prescrip. 30. anno.* Contra minorem currere quidem prescriptionem, sed non nullam, que attingit spatium triginta annorum. *l. vlt. c. in quibus causis. in integ. restit. non est necess. sed minori 120 datur restitutio in integrum. l. Sicut in rem. c. de Prescrip. 30. annor. §. penul.*

Quinto queritur, An in bonis patrimonialibus Clericorum mobilibus procedat vti capio triennis? De hac questione Panor. in c. Si diligenti. nu. 36. de Prescrip. Dux sunt opinioniones, vna docet requiri spatium quadraginta annorum ad prescriptionem talium bonorum: sic senserunt nonnulli, & videtur probari ex §. Potest. 16. q. 3. Ratio huius est, quia bona Clericorum patrimonialia videntur gaudere eodem privilegio, quo gaudent bona Ecclesiarum. Item quia leges civiles non tenent Clericos, cum sint Clerici à potestate laicorum exempti. Altera sententia est, bona talium Clericorum trienn-



nio posse prescribi, sicut bona laicorum. Panor. loco citato, & probat, quia in hac parte Clericorum bona nullum habent privilegium, cum id non sit iure expressum: & quia in aliis non gaudent Clerici privilegio, quo gaudent Ecclesie, nisi illa ius in iure expressa. Panor. in c. Ecclesia S. Mariae de Constit. Glossa in c. Professiones. 16. q. 3.

Sexto queritur, Quantum temporis spatium requiratur, ut res immobiles bona fide, sed sine titulo possesse prescribantur. Respondeo, requiri spatium triginta annorum, si contra priuatos homines sit, ut colligitur ex l. Sicut in rem. c. l. Sicut emptio. C. de Prescrip. triginta annorum. Si vero sit contra Ecclesias, distinguendum est iuxta id, quod habetur in cap. l. de Prescrip. in 6. Aut prescribenti eius commune contrarium, vel contra eum presumpcio habetur: & tunc bona fides non sufficit, sed necessarius est titulus, qui possessori tribuat causam possidendi, ut sit tanti temporis prescriptio, ut eius initii memoria non exeat: Aut non est prescribenti ius contrarium, nec presumpcio contra eum habetur, & tunc sufficit bona fides sine titulo, dummodo prescriptio attingat spatium quadraginta annorum.

Septimo queritur, Quanto temporis spatio res immobiles corporales prescribantur? Respondeo, si perinde res priuatorum hominum, & cum bona fide, & cum titulo possesse, prescribuntur spatio decem annorum inter presentes, inter absentes vero spatio viginti annorum. Insti. de Vsu cap. c. l. C. de Prescrip. longi temporis. c. l. Si quis emptio. C. de prescrip. 30. annor.

Quartus, qui pro presentibus, & qui pro absentibus habeantur? Insti. C. de Prescrip. longi temporis, eos presentes censeri, qui in eadem provincia commorantur, siue in eadem provincia, siue in aliena res sit. Ceteram Bart. & Glossa annotarunt, id verum fuisse, quando provincie vnius presidis, communisque Ducis potestate, & officio regerentur: tunc ubi singule ciuitates regios iudices, regiunisque Senatuum habent, presentis dicuntur, qui in eadem ciuitate, vel eadem regni parte habitant. Absentes vero dicuntur, qui in diuersis ciuitatibus, vel diuersis regni partibus domicilia habent. Sic etiam Panor. in c. de Quarta. num. 30. de Prescrip.

Octauo queritur, Quantum temporis spatium contra priuatos homines postulet prescriptio rerum immobilium corporalium, quae bona quidem fide, sed sine titulo possidentur? Respondeo, requirere spatium triginta annorum, siue inter presentes, siue inter absentes prescribantur: ut colligitur ex l. Sicut in rem. c. l. Si quis emptio. s. Quod si quis. C. de Prescrip. 30. anno. c. cap. Sanctorum de Prescrip.

Nono queritur, Quanto annorum spatio prescribi queunt res immobiles corporales Ecclesiarum? Respondeo, contra Ecclesias inferiores Romanae, prescriptionem locum non habere, nisi sit quadraginta annorum. c. Illud. c. de Quarta. c. Quia indicatio. de Prescrip. iure quoque civili idem constat. Authent. Quas actiones. C. de Sacros. Eccles. Contra Ecclesiam vero Romanam utroque iure, civili, & Canonico, non currit prescriptio, nisi spatio centum annorum. Authent. Quas actiones. C. de Sacrosanctis. Eccles. c. Nemo. 17. qu. 1. c. cap. Cum nobis. c. cap. Si diligenti. de Prescrip. Hoc vero locum non habet, in eo, quod legitur cap. 2. s. 1. de Prescrip. in 6. ubi Catholici haereticos prescribunt contra Ecclesiam Romanam bona haereticorum, qui dum viuerent, ignorabant esse haereticos, si ea quadraginta annis a morte haereticorum bona fide possederint. Item contra iura debita principaliter Episcopo, ut Episcopus est, non procedit prescriptio, nisi quadragenaria: quia debitum Episcopo, quatenus est Episcopus, videtur debitum Ecclesiae. Panor. in cap. de Quarta. de Prescrip. s. Item contra domos, Hospitales, & alia loca caussa pietatis extracta, non valet prescriptio nisi quadragenaria: quia gaudent privilegio, quo gaudent Ecclesiae. l. Omnia privilegia. C. de Episcop. c. Cler. & ibi Bartolus, & Panor. in c. de Quarta. citato nu. 7. Contra iura, & bona debita collegio Canonicorum, ut collegium est, non procedit prescriptio, nisi quadragenaria: nec contra bona legata ad pias causas. Panor. in eor. C. de Insti. Moral. Pars 3.

Quarta. num. 7. Item si laicus habet rem communem cum Ecclesia, & indiuisibilem prescriptio non procedit, nisi spatium quadraginta annorum, eo quod habet rem communem cum Ecclesia. Panor. in cap. de Quarta. de Prescrip. nu. 10. Si vero ius Ecclesiae possit illi sum, & saluum permanere, tunc contra laicum currit prescriptio communis delimita secundum ius civile. Ioan. Andreas in c. de iure patronat. Quid vero si res etiam esset laici, prescribi cepit ab aliquo, & deinde ad Ecclesiam transierit, requiritur ne prescriptio quadraginta annorum? Non requiritur, hoc dicit Panor. in c. de Quarta. nu. 28. communiter Doctores sentire. Panor. in c. de Quarta. nu. 28. Primum, quod habet succedens, prescriptionem aut extinguat, aut dilatat, aut mutat. In primo casu succedens, non vitur privilegio suo. Exemplum in l. Si fundum, ff. de fundo dotalis, ubi dicitur: Quod si quis incipit praescribere certum fundum, licet postea mulier illum assignauerit in dotem, non minus currit prescriptio, licet in principio si fuisset dotalis, non potuisset prohiberi. Est et ratio, quia per privilegium vnius, non debet absorberi ius alteri qualitatum: quod faceret isto casu, si mulier posset uti suo privilegio. Secundo casu, quando dilatat, tunc vitur suo privilegio. Exemplum in pupillo alteri succedente, contra quem non currit prescriptio, durante pupillari aetate. l. Sicut. C. de Prescrip. 30. annor.

Tercio casu, quando mutat prescriptionem, ut in casu quaestionis nostrae: nam prescriptio contra Ecclesiam currit, sicut contra priuatum, sed alio modo, quia contra priuatum currit prescriptio decem, aut viginti annorum cum titulo, sed contra Ecclesiam currit quadragenaria dumtaxat. Et hoc casu dicendum, quod pro tempore praeterito vitur Ecclesia iure priuati, pro futuro vitur privilegio suo: ideo si contra priuatum cucurrerint quinque anni, & sic medietas prescriptio, satis est contra Ecclesiam succedentem complere aliam medietatem, habito tamen respectu ad privilegium suum. Et sic requiruntur ad complendam prescriptionem viginti anni, qui sunt medietas temporis respectu Ecclesiae. Haec tenet ex Panor. in c. de Quarta. num. 7.

Decimo queritur, Quanto temporis intervallo servitutes prescribantur? De hac questione Innocentius in cap. de Quarta. de Prescrip. Antonius Gones. tom. 2. variar. resolution. cap. 15. numer. 26. c. segg. Respondeo, servitutem personalem nullo unquam tempore prescribi. Unde si quis habet hominem liberum tanquam seruum bona fide, nullo unquam tempore prescribit eum. l. vlt. C. de Longi tempor. prescrip. qua pro libert. cuius legis verba sunt: [Sola temporis longinquitate, etiam si sexaginta annorum curricula excellant, libertatis iura minime mutari oportere, congruit a iurati:] & l. Vsuptionem. ff. de Vsu capio. Libertas vero prescribitur viginti annorum spatio. Quare si fetus fuit in possessione libertatis, bona fide viginti annis praescribit libertatem contra dominum. l. 2. C. de Longi tempor. prescrip. qua pro liberta. ubi lex nihil distinguit de prescriptione inter praesentes, & inter absentes. Certè alicubi est iuratum, ut prescriptio libertatis procedat inter praesentes spatio decem annorum, inter absentes, viginti. Et merito: ne deterior sit conditio libertatis, quam avarum rerum, cum aliquorum fuisse sententiam, testatur Glossa in illa lege, Seruitus vero mixta, quae est viustructus, prescribitur inter praesentes decem annis, inter absentes viginti. l. vltim. vers. scilicet. vltim. C. de Prescrip. Longi tempor. & Glossa eor. dem in l. c. Seruitus autem simpliciter realis si habeat continuam, vel quasi continuam causam, cuiusmodi est tingui immittendi in parietem vicini, oneris ferendi, stillicidij auerendi in tectum, vel arcem vicini, aquae ductus, vel similis, prescribitur inter praesentes spatio decem annorum, inter absentes viginti. l. Si quis duntaxat. ff. Si seruitus vindicetur. l. Foramen. ff. de Seruiturb. vrbium. praedio. c. l. 1. c. l. 2. C. de Seruit. c. Aqua. At seruitus realis, quae non habet causam continuam, vel quasi continuam, ut est civilis, iter, actus, vel similis, non prescribitur nisi tempore, cuius initii memoria apud homines non sit. 8. mo. huius



est, quia possessio non potest esse continua. *l. Seruitutes praediorum. ff. de Seruitutib. & ibi Glossa, & ibi Bartolus. Et l. Hoc iura. §. Ductus aqua. ff. de Aqua quotidiana, & asina.* cuius legis verba sunt: [Ductus aqua, cuius origo memoriam excelleret, constitui loco habetur.] Idem colligitur ex *l. §. ultim. versicul. Si tamen. ff. de Aqua pluvia arcend. Et cap. Super quibusdam. §. Præerea. ff. de verborum significat.* Hoc autem locum habet in seruitutibus, quæ dicuntur affirmatiuæ, vt tigni immittendi, oneris ferendi, stillicidij auertendi, aquam ducendi, in quibus tunc incipit præscriptio currere, cum quis cepit vt seruitute. In seruitutibus tamen negatiuis, vt altius non tollendi: Edificandi, vel non edificandi, præscriptio non incipit procedere, nisi ab eo tempore, quo quis incipit contrarium moliri, & facere. Veluti ædes tuæ adibus meis debeant seruitutem ne altius ædifices, vel ne alius parietem attollas, ne luminibus domus meæ officias, tunc incipit præscriptio currere: contra, ne si tu altius ædifices, & ego taceo.

Vndecimò quaeritur, quanto temporis lapsu seruitutes amittantur? Respondeo cum Innocentio, & Panormitano in *cap. de Quarta, de Præscript.* secundum leges seruitutem rusticam, quæ habet eamdem continuationem, siue quasi continuam, hoc est, quæ non habet interuallum temporis, vel habet quidem, sed modicum, vt pete aliquot horarum, vel dierum, amitti spatio decem annorum inter præsentem, & viginti verò inter absentes. Seruitus verò, quæ habet interuallum aliquot annorum, vel mensium, vel hebdomadarum, amittitur spatio viginti annorum inter præsentem, & quadraginta inter absentes: vt colligi videtur ex *l. di. sic constituta. ff. Quomodo seruitus amittatur.* Seruitus tamen vrbana non amittitur, nisi cum vicinus prædij vrbani simul vsu capiat libertatem. Ita vt vrbana seruitus differat à rustica: quod rustica amittitur, ac perit, si certo tempore illa non vtatur is, cui debetur: vrbana verò non perditur, nisi vicinus simul libertatem acquirat: veluti si ædes tuæ adibus meis debeant seruitutem, ne tuæ alius tollantur, & ne luminibus ædium mearum officiant: tunc si ego fenestras meas clausas habueris, non continuo libertatem amitto, teo tunc, quando in eodem tempore video, tuas alius attollis me nihil contradicente: alioquin si nil eorum feceris, semper tuæ ædes debent meis seruitutem. *l. Et ac autem. ff. de Seruitutib. vrbano-rium prædij.* Et quamuis Innocentius dicat, secundum leges prædicta locum habere; habeat tamen etiam secundum Canones, vt Panormitanus annotauit, quia in hac parte nihil ius Canonicum decernit.

Alia quaestiones de eadem re diluuntur.

CAP. XXIII.

PRIMO quaeritur, Quanto temporis cursu vnus Clericus beneficii Ecclesiastici possessionem præscribat aduersus alterum Clericum legitimum, & canonicum titulum habentem? Dixi (possessionem) quia lapsu temporis potest quis fieri legitimus possessor beneficii, non tamen acquirere titulum beneficii sine canonica institutione: nam sicut possessio non facit aliquem decanonem, sed Canonica electio. *l. Heremites. ff. de Decurion.* ita possessio non facit aliquem beneficiarium, sed Canonica institutio. *e. Ex frequentibus. de Institut.* Et *cap. 1. de Regul. iuris in 6. Quæstio igitur est, quanto temporis lapsu vnus Clericus præscribat contra alterum Clericum beneficii possessionem, vt possit vt fructibus beneficii possideri, & defendere suam possessionem contra alterum verum titulum habentem? Respondeo, eū spatio decem annorum præscribere inter præsentem, viginti verò inter absentes. Panor. & Gloss. in *c. Conringi, de Dolo Et Contumacia.* Couart. in *Reg. Possessor. p. 2. to. nu. 9.* vbi dicit hanc communem esse sententiam. Ex quo intelligitur, talem Clericum legitimam possessionem beneficii præscribere non titulum beneficii.*

Secundò quaeritur, Quanto temporis spatio præscribat

vnus ius patronatus contra alterum illud habentem? Quædam, teste Couart. *l. eo supra citato. nu. 8.* respondent, præscribere illum spatio decem annorum inter præsentem, viginti verò inter absentes. Sed probabilius est, quod alij dicunt, præscriptionem non procedere nisi cursu quadraginta annorum. Et ratio est, quia tamen præscriptio in hac parte non fit contra Ecclesiam, sed contra priuatum hominem ius patronatus habentem in Ecclesia, multum tamen intercedit Ecclesie non mutare patronos, ne nouus patronus incommodet, & noceat Ecclesie, & ne Ecclesia cogatur habere patronum, quem nollit. Nec verò huiusmodi ratio, meo quidem iudicio, parum ponderis, & momenti habet, quod alijs quibusdam vitum sit, & proinde non est, cui oppositam sententiam quisquam sequatur.

Tertiò quaeritur, Quanto temporis lapsu præscribat vnus ecclesiasticam emphyteusim, aut feudum aduersus alterum priuatum hominem etiam solam vtile dominium habentem. De hac questione Panor. in *cap. Ad audientiam. nu. 14. Et 15. de Præscript.* Couart. in *Reg. Possessor. p. 2. §. 2. num. 6.* Respondent quidam præscribere eum spatio decem annorum inter præsentem, viginti inter absentes: quod colligi dicunt ex *cap. Ad audientiam. de Præscript.* Et Glossa, Et Panor. Felino, Et alij ibidem, Et communem esse sententiam, iatur Couartus in eo in loco, quem paulo inferius ante retuli: & hæc locum habere possunt, quando interest Ecclesie, nouum emphyteusim seu beneficium habere, quem feudatarium appellant. Quod si Ecclesie interest potius antiquum, quam sibi obligatum habere: tunc nouus contra antiquum non præscribit nisi spatio quadraginta annorum. Hæc quidam iudices Serpentes non satis dilucide, in hac controversia Ioan. Andreas in *Additionib. ad Speculatorum. in tit. de Feud. vers. 28.* censet præscriptionem emphyteusim, aut feudum non currere contra dominum, quia dominus, non emphyteusim, aut beneficium, cuius potest possidere: Vnde quamuis contra emphyteusim, vel beneficium vnus quis præscribit vtile dominium, & dominus, qui præscriptionem ignorat, potest emphyteusim, eam tamen, vel feudum datum repetere, & recuperare ab eo, qui præscripsit, quia contra eum currere præscriptio non potuit, nec cogitur restituere emphyteusim, vel beneficium, quia negligens fuit, eò quod passus sit rem præscribi, & ad alium transire: Secus verò esset, si dominus sciret alterum periclitari, & permitteret, quia tunc eo ipso videtur consentire in eo, quod res transferretur ad alterum. Hanc sententiam Panor. mitanus non probat: quia vtile, inquit, dominium præscribi potest contra eum, qui illud habet manente proprietate penes dominum ignorantem præscriptionem. Hæc sententia in *cap. Ad audientiam. de Præscript.* docet: Si emphyteusim, vel feudum datum est alicui, contra eum, cui datum fuit nisi spatio centum annorum, si fuerit datum à aliqua Ecclesia, præscribitur non minori tempore, quia interest Ecclesie, vel hunc, vel illum emphyteusim, aut beneficium sibi obligatum habere, quem nollit. Glossa verò, Abbas, Felinus, & alij in *c. Ad audientiam, supra citato:* affirmant posse emphyteusim, aut feudum Ecclesiasticum præscribi, quod attinet ad vtile dominium, siue proprietatem, consuetudo & ordinatio temporis lapsu, quo alia res priuatum hominum præscribitur, quæ data sunt in emphyteusim, vel feudum, videlicet spatio triginta annorum, iuxta id, quod habetur *libr. 2. de Feud. tit. Si de feudo defuncti. §. Si quis per triginta.* Meo iudicio, æquior est, & quæ magis fauet Ecclesie, sententia Hollienis. Ne videlicet cogatur Ecclesia habere beneficium, siue emphyteusim, quem nollit.

Quartò quaeritur, Quanto temporis intervallo præscribat vnus actiones personales, quas aduersus eum alius habet: Iure communi præscribitur spatio triginta annorum. *l. Sicut in rem. in princ. C. de Præscript. 30. annorum:* at contra Ecclesiam, & loca caussa communis pietatis extracta, non præscribitur actio nisi spatio quadraginta annorum, & contra Ecclesiam Romanam spatio centum annorum solummodo: & hoc vtroque iure, Ciuili, & Canonico constitutum est.

Quinto

Quintò queritur, Quantum temporis spatium possit præscriptio rerum aduersus fisco? Respondeo cum Panormitano in *C. Cùm nobis, de Præscript. numer. 12.* & Bartolo *l. In omnibus, ff. De diuersis, & temporalibus præscriptionibus.* In primis, bona fisco seculari antea acquisita & accepta non præscribi nisi ipatio quadraginta annorum. *l. Omnes, & l. Competit. C. de Præscript. triginta annorum.* Id verò, quod dicitur in *Institut. de Vfuscap. §. Res fisci.* sic vscapi non potest: intelligitur, ut *Glossa notauit*, non posse vscapi rem fisco ipatio temporis, quo res priuatoium hominum præscribuntur: hoc est, non posse vscapi cursu temporis consueto, videlicet triennio, decennio, vicennio, aut tricennio: hoc enim tempore solita & ordinaria censentur.

Sextò queritur, Quantum tempus requiratur, vt præscribi queant bona, quæ fisco debentur, tanquam ei iure ipso delata & addicta: eo quod pro commissis habeantur, propter aliquod crimen p. tratum ab aliquo. In *l. 2. C. de vctigal. & commissis*, habetur. Bona fisco debita, eò quòd quis vctigal non soluit, & in commissum incidit præscribi quinquennio: & in *l. 2. C. de Apostat.* Bona Hæretici, vel Apostatæ præscribuntur: & idem iuris est de bonis ob crimen læsæ maiestatis fisco addictis, & iure ipso publicatis, dicit *Glossa in l. Manchacos, C. de Hæret.* & idem docent Couarruias in *Reg. possessor. part. 2. §. 2. num. 7.* & Antonius Gomes *Tomo 3. Variarum resolut. cap. 1. numer. 9.* De omnibus bonis quæ ipso iure confiscata censentur ob quodlibet aliud crimen admissum ab aliquo. Ceterum, meo iudicio, non ius civile, sed canonicum seruandum est, quod attinet ad bona Hæreticorum, qui post obitum condemnantur. Nam iuxta id, quod habetur in *cap. 2. de Præscript. in Sexto.* eorum bona præscribi nequeunt, nisi ea Catholici hæredes illorum bonâ fide ipatio quadraginta annorum possederint. Nam bona Hæreticorum, vel Apostatarum, quia crimen hæresis pertinet tantum ad forum Ecclesiasticum, iuxta canonicas sanctiones, fisco Ecclesiæ, non Regis, & Principis secularis debentur, nisi priuilegio Romani Pontificis Regibus, & Principibus assignentur: & ideo præscribi non possunt talia bona, nisi lapsu temporis iure Canonico definiti, vt annotat Couarruias in *Epitome ad quartam librum Decretalium part. 2. cap. 6. §. 8. numer. 16.* & Simancas in *Catholica Institutioni. Tit. 9. num. 13.* Quare merito Panormitanus loco supra citato improbat Bartoli sententiam in *l. 2. C. de Apostatis*, dicens, Inquisitores hæresis præiudicis quinquennio post mortem Hæretici inquirere non possent de crimine illius ad effectum confiscationis bonorum; quid leges statuerint, non autem quid iura canonica sancierint, Bartolus considerauit: At quia crimen hæresis ad Iudices Ecclesiasticos pertinet, debuit de penis Hæreticorum loqui iuxta canonicas sanctiones.

Bona itidem fisco seculari debita, eò quòd morte alienius sine legitimo hærede vacauerint, præscribuntur quadraginta, si talium bonorum denuntiatio facta sit fisco, & ea fisco occupauerint. *l. 1. C. de Quadrienni. præscriptio. & l. Intra quatuor, ff. De diuersis, & temporalibus præscriptionibus.* Ultimo, contra fisco Ecclesiæ Romanæ non currit quælibet præscriptio, nisi ipatio centum annorum. *c. Cùm nobis, de Præscript. & quadraginta contra fisco cum quilibet alienus Ecclesiæ. c. Ad aures. c. De quarta. c. Illud autem, de Præscript.*

Septimò queritur, Quanto temporis cursu præscribi queant, quæ sunt reueruata Imperatori, Regi, aut Principi non agnosceni in temporalibus superiorum? De hac questione Panormitanus in *cap. Cùm nobis, de Præscript.* In qua re *Glossa in Institut. de Vfuscap. §. Res fisci*, videtur sentire, prædicta præscribi ipatio quadraginta annorum, ex *l. Omnes, & l. Competit. C. de Præscriptionibus. 30. vel 40. annorum.*

Leges in hac parte variant? Nam in *l. 1. cap. De Qua-*

drinni præscript. valeat præscriptio quattuor annorum, & in *l. Inter quatuor, & in l. Omnibus. C. de Diuersis, & temporalibus præscript.* requiritur ipatio viginti annorum: & in *l. Quamuis, ff. De vusufructu*, præscribitur cursu decem, vel viginti annorum, & *l. 2. C. de Vctigalibus, & commissis, & l. 2. C. de Apostat.* sufficit præscriptio quinque annorum. Panormitanus verò loco citato respondet in hunc modum: In bonis reueruatis Principi in signum subiectionis, vt in tributo seu censu nullo tempore currit præscriptio, vt in *l. Competit. C. de præscri. 30. annorum.* Et multo minus in ipsa subiectione, vt actione præscribi non possit, nè subditus sit acphalus. Quædam sunt iura reueruata Principi in signum priuilegi singularis, vt legitime spuos, creare tabelliones, exigere vctigalia, pæagia, & similia: & in his currit præscriptio, sed requiritur scientia Principis, & tantum tempus, ac cuius initio non exisset memoria: vt est textus in *cap. super quibusdam, de Verbor. significat.* Innocentius in *cap. Cùm P. tabello, de fide Instrumento.* Bartolus in *l. Si Publicanus, §. In vctigalibus, ff. De publicis, & l. 1. De Aqua pluua. arceud. & l. Cunctos populos. C. De summa Trinitate, & Vide Cathol.* Quædam sunt bonæ fidei, & iure pariter possibilia: Et ista si sunt Principi incorporata, requiritur præscriptio quadraginta annorum. In *dicta l. Competit.* & *Glossa in Institut. de Vscapion. §. Res fisci.* Si verò non sunt incorporata, sed dumtaxat delata, vel vacantia, sed ex causa publica, tunc in bonis delatis propter vctigal non solum, sufficit tempus quinque annorum, vt in *l. 2. C. de vctigal. & commissis, & l. 2. C. de Apostatis.* & *Glossa in l. Manchacos. C. de Hæret.* In aliis verò bonis si præcessit denuntiatio bonorum vacantium, sufficit tempus quattuor annorum, vt in *l. 1. C. De quadrienni præscript. & l. Intra quatuor, ff. De diuersis & temporalibus præscriptionibus.* Si verò denuntiatio non interuenit, tunc aut qui illa bona possidet bonâ fide tantum, & requiritur tempus viginti annorum, & sic loquitur prædicta lex, In omnibus: aut habet etiam titulum, & tunc sufficit præscriptio decem annorum, & sic loquitur lex, Quamuis, de vscapioni. Hæc ex Panormitano.

De Vusufructu, qualiam seruitus sit.

CAP. XXIV.

QVONIAM vsus, & vusufructus sunt partes domini, *l. Vusufructus in multis, ff. De vusufructu*: ideo de vtroque dicendum nobis est. Digeonum lib. 7. primus Titulus est de Vusufructu, & Titulus VIII. est de vii & habitatione: & de vusufructu quinque res præcipue disputantur. primo. In quibus rebus constitat. Secundo. Quod vusufructus contineat. Tertio. Quot modis acquiratur. Quarto. Quot modis amittatur, vel finiatur. Quinto. Quando in vusufructu sit ius accrescendi.

Primo queritur, Quod sit vusufructus, & quo modo ab vsu distinguatur? Vusufructus, vt habetur in *l. 1. ff. de Vusufructu, & Institut. eod. Titul. in principio*, est ius vtendi, & vtendi aliena re, salua illius substantia. Dicitur (ius), quia vusufructus est nomen iuris, non facti. Vtrum verò vusufructus reuera sit ius, num potius seruitus, quæ ex re nostra fructuario debetur, interius explicabitur in hoc capite, quæ. (Vtendi, & fruendi) in quo differt vusufructus à nudo vsu: quoniam qui habet vusufructum, ex ipso ius habet vtendi pro arbitratu suo, omnibus fructibus rei aliene, in seruis operas, & ob operas, mercedes. *l. In homine, & l. Fructus hominis, ff. De vusufructu.* nomine verò fructuum in animalibus intelliguntur iocus, lac, lana, & alia similia. In arboribus intelliguntur fructus, qui ex illis capiuntur. Qui verò nudum vsu tantum habet, potest vt re alienâ ad necessitatem & commodum quotidianum. *Institut. de Vsu, & habitatione. §. 1.* ita vt eâ re vt possit prout opus habet ipse, & sua familia. *l. Plenum, ff. De vsu, & habitatione.* Ac promde si quis nudum vsu habet in iundo, vel horto, capere potest olera, poma, flores, vel herbas, & alia huiusmodi, in vsu

fructum, & lux familiarum non tamen potest ea vendere, aut donare: nequit etiam ius quod ipse habet, vendere, vel permutare, locare, aut gratuito concedere. *In eo que ad fundum. ff. De usu & habitatu. ut potest usufructuarius. Instit. De usu, & habitatu. §. 1. Hinc est, ut in l. Per seruum. ff. De usu, & habitatu. §. 1. V usufructus, dicitur: [Fructus vltus meli: usufructus deest: & fructus quidem sine usu esse non potest: vltus sine fructu potest.] Ita lex.*

Dicitur: (Re aliena) quia dominus rei est, & frui potest re sua salua eius substantia: sed non dicitur usufructum habere. *In l. vni frui. ff. Si usufructus petatur. sic est: [Vt, frui ius sibi esse solus potest intendere, qui habet usufructum: dominus autem fundi non potest, quia qui habet auctoritatem vendendi, fruendi, ius separatim non habet: neque enim potest ei suus fundus seruire.] Sic ibi. Vnde iuris civilis interpretes dicunt, duplicem esse usufructum, formalem, & causalem: formalem vocant eum, qui re ipsa est seruatus, & separatus a dominio, veluti cum penes vnum est usufructus, apud alterum solo remanente dominio. Causalem appellant eum, qui est cum dominio coniunctus. Et in presenti quidem usufructus formalis solum defuit, (Salua illius substantia) quia usufructuarius a domo in hoc distinguitur, quod dominus potest vti re sua, ut vult, ita ut possit vti ipso consumere: usufructuarius vero quia rei dominum non habet, nequit rei substantiam vti ipso perimere.*

Secundo queritur, An usufructus sit pars domini? Ratio dubitandi est, quia Paulus in l. V usufructus. i. ff. De V usufructu, dicit esse partem domini. Et tamen idem Paulus in l. Recte dicimus. ff. De verbor. significat. negat esse partem domini. De hac questione Glossa in l. Recte dicimus. & in l. V usufructus modo citatis: & alij in eisdem locis. Respondet: si dominum accipiatur, ut est plenum, & ut continet proprietatem, vsum & fructum, tunc usufructus est pars domini: & hoc est, quod dicit Paulus in l. V usufructus. ff. de V usufructu. At si accipiatur, ut est separatim ab usufructu, ita ut dominum sit proprietatis rei, quae manet penes dominum rei, & usufructus sit ius vendi, & fruendi re aliena salua eius substantia, tunc usufructus non est pars domini, quia est ius quoddam separatim, & seruatum a dominio, & dominum quoque est tunc segregatum ab usufructu, ergo non est pars domini: & hoc est quod docet Paulus in l. Recte dicimus, cum ait: [Recte dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam cuius usufructus alienus est, qui usufructus non domini pars, sed seruatus sit, ut via, & iter. Nec falso dici, totum meum esse, cuius non potest vlla pars dici alterius esse. Hoc & Iulianus, & verius est.]

Tertio queritur, An usufructus sit seruitus? In l. 1. ff. De seruitutibus, Martianus: [Seruitutes, ait, aut personarum sunt, ut vltus & usufructus, aut rerum, ut seruitudes rusticorum praediorum, & vrbianorum.] Vbi Glossa dicit usufructum esse seruitem personalem partem, & realem: personalem quidem, quia cum persona usufructuarij finitur, & desinit: realem vero, quia ex re nostra alteri debetur. Reuera usufructus est seruitus personalis, quia debetur persone usufructuarij: est enim ius quod habet usufructuarius in fructibus nostrae rei, vltus fructus igitur est ius ex seruitate questum, ut colligitur ex l. vti frui. ff. Si usufructus petatur: ut est ius, est in persona usufructuarij: ut est seruitus, est in re, quae debet fructuario seruitem.

Quarto queritur, Quo differat usufructus a fructu? Respondet, cum Iuliano in l. Vacca emptor. ff. De euictione. Quod dicitur, vitulum fructum esse vaccae, non ius, sed corpus demonstratum; sicut praediorum frumenta, & vinum fructum recte dicimus, cum constet hac non recte usufructum appellari. Sic ille. Ergo usufructus est ius in corpore, non corpus.

Quinto queritur, Quid inter sit inter usufructuarius, & bonae fidei possessorem? Respondet, cum Iuliano in l. Si fur. ff. De usufructu, & cum Paulo in l. Si usufructuarius. ff.

Quibus modis usufructus amittatur, & cum eodem Iuliano in l. Qui scit. ff. De usuris. hae interesse, quod fructus sunt fructuarij, statim ut a fructuario sunt percepti, vel ab alio nomine ipsius: at bonae fidei possessor eos facit suos, cum primum a se solo sunt separati, siue per eum, siue per quemlibet alium separati fuerint. Vnde Inst. de Res. diu. §. 1. verè, ait Iulianus Imperator. [Si usufructuarius maturus fructibus, & nondum perceptis decederit, fructus ad heredem eius non pertinent, sed domino proprietatis acquiruntur.] Percepisse autem fructuarius intelligitur, cum vel ipse, vel ipius nomine alius eos collegit, vel decerpserit, quamuis nondum sint in horreum reconditi. *In l. Si usufructuarius. ff. de V usufructu. Quod si qui fructus casu, vel alius sine adminiculo hominis in terram deciderint, fructuarij non sunt. In l. Si usufructuarius. modo citata. Quod verum cenet Baldus, nisi casu decedentes ammoueat, & recondat fructuarius in horreum. Differit quoque fructuarius a possessore bonae fidei, quod fructuarius omnes fructus acquirit siue naturales, siue industriali; siue consumptos, siue exstantes, quos ad heredem transmittit, si modo eos percepit. *In l. V usufructu legato. & l. Pendentes. ff. de usufructu. At possessor bonae fidei industriali fructus, non naturales, & solum consumptos, non exstantes facit suos. In l. Si fructus. ff. de V usufructu.**

Sexto queritur, Quid differat usufructuarius ab emphyteotario? Respondet, usufructuarius non habere vtile dominium rei, quod tamen in emphyteotarium transferretur: vtile vero dominium dat ei omnes viles actiones in rem aduersus quemuis possessorem. *In l. 1. ff. Si ager vestigialis, ita ut is qui habet hoc vtile dominium, possit vindicare & repetere a quolibet possessore, & se defendere, ne ab ea deiciatur: At in usufructuario non transfert dominus huiusmodi viles actiones.*

Septimo queritur, In quibus rebus possit usufructuarius constitui? Respondet, in rebus omnibus, quae non statim vtu ipso consumuntur, & pereunt. *In l. Omnia. ff. de usufructu. vbi dicitur sic: [Constituitur usufructus non tantum in fundo, & aedibus, verum & in seruicij & iumentis, ceterisque rebus.]*

Dubia quaestio est, An usufructus constitui possit in rebus, quae desinunt esse, cum primum illis vtimur, ut in oleo, vino, pane, pecunia. Ratio dubitandi est, quia in huiusmodi rebus vtu a domino separari non potest. Certi iuris est, posse usufructum constitui in huiusmodi rebus, ut constat ex toto Titulo de usufructu earum rerum, quae vtu consumuntur, videlicet l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Sed usufructus in talibus rebus constitutus, non est strictè & proprie, sed late, & improprie usufructus. Vnde Iulianus Imperator in l. Institur. de V usufructu, sic ait: [Constituitur autem usufructus non tantum in fundo, & aedibus, verum etiam in seruicij & iumentis, & ceteris rebus, exceptis his, quae vtu consumuntur. Nam hae res neque naturali ratione, neque civili recipiunt usufructum: quo in numero sunt vinum, oleum, frumentum, vestimenta, quibus proxima est pecunia numerata: namque ipso vtu illud permittunt, quodammodo exstinguitur: sed vtilitatis causa Senatus censuit posse, etiam earum rerum usufructum constitui, ut tamen eo nomine heredi vtiliter caueatur. Itaque si pecuniae usufructus legatus sit, ita datur legatario, ut eius fiat, & legatarius satisdat heredi de tanta pecunia restituenda, si morietur, aut capite minuetur. Ceterae quoque res ita traduntur legatario, ut eius fiant: sed assumatis his satis datur, ut si morietur, aut capite minuetur, tanta pecunia restituatur, quanta hae fuerint assumatae. Ergo Senatus non fecit quidem earum rerum usufructum, neque enim poterat, sed per cautionem quasi usufructum constituit.] Haec Iulianus Imperator. Rectè dicit, res, quae in pondere, numero, & mensura consistunt, iure naturali usufructum non recipere, quia salua earum substantia, vsum praebere, aut fructu reddere non possunt, cum vtu consumuntur, & pereant: nec civili iure, quia earum rerum proprie astatu it in usufructuarij. In his igitur rebus, quae vtu exstinguuntur,

tur, constituitur usufructus improprie, non improprie. Et ideo dicit Cicero in *Topica*: [Itaque quantum rerum usus separari ab earum corporibus non potest, earum usus constitui non potest.]

Differit ergo usufructus improprius à proprio: quod improprius dominium rei transit in usufructuarium eà lege, & conditione, ut finito tempore usufructus, restituat pretium: at in usufructu proprio dominium rei remanet penes dominum; & ideo usufructuarius restituere debet rem lapsò tempore usufructus. Hinc igitur est, ut *l. 1. ff. de Usufructu carum, qua res consumuntur*, constitutum sit, ut omnium rerum, quas qui in patrimonio habet, possit usufructum legare. Et in *l. 2. ff. eod. Tit.* dicitur: [Sed de pecunia rectè cauere oportet, à quibus eius pecunie usufructus legatus erit. Quo Senatus consulto non id effectum est, ut pecunie usufructus proprius elemeque enim naturalis ratio auctoritate Senatus mutari potuit, sed remedio introducto cepit quasi usufructus haberi.] Sic ibi.

Quare, si quis heredem instituat, & uxorem suam usufructuarium relinquat omnium bonorum suorum, uxor recipiet vinum, oleum, frumentum, & alias res quæ consumuntur, pretio æstimatas, præstita cautione heredi de restituendo earum rerum pretio, post mortem recipiet quoque pecuniam omnia mariti, & satisfabit heredi, id est, legem promittet se reddituram ei post obitum tantundem, quantum accepit.

Quidnam Usufructus contineat, & quot modis constituatur.

CAP. XXVI.

VSUFRUCTUS generatim duobus modis constituitur, videlicet aut lege, aut voluntate domini, nimirum pacto, conventionione, testamento, legato, donatione: & ideo ille dicitur usufructus legalis, hic verò conventionalis.

Primo quaeritur, legalis usufructus cui conveniat? Convenit perfamilias in bonis adventitiis filii sui, quem habet in potestate: ut constat ex *l. Quicumque. C. l. Cum oportet. C. De bonis qua liberis*. De qua re alio in loco dicimus.

Secundo quaeritur, Quo modo constituatur usufructus conventionalis? Respondeo, constituitur pactioibus, stipulationibus, contractibus: ac prout testamento, legato, venditione, permutatione, & donatione, ut patet ex *l. Omnium. C. l. Usufructus pluribus. ff. De usufructu*. Quare si testator legaverit alicui usufructum certæ rei, tunc dominium transit ad heredem, usufructus ad legatarium. Si verò testator legaverit alicui dominium rei, siue proprietatem, deducto usufructu, ad heredem pertinet usufructus, & dominium ad legatarium. *l. Si pure. ff. De usu. C. usufructu legato*. Quod si vni legat dominium, alteri usufructum, sunt duo legata, & ad vnum legatarium spectat dominium rei siue proprietas, ad alterum verò usufructus.

Tertio quaeritur, Quid usufructus vocabulo contineatur? Fructus, à ferendo dictus est, ut scribit Varro *lib. 4. de lingua Latina*, & ideo, inquit ille, omnes res quas terra fundus, & quæ in fundo feruntur, comprehendit. Quam descriptionem approbat Celsus in *l. Item si fundus. ff. De usufructu*, usufructum esse dicit, quodquid in fundo nascitur, & quodquid inde percipi potest. Adde ut si lapidicina teste Paulo in *l. Arboribus. ff. eod. Titul.* crenodinae, aut, argenti fodinae, vel cannibet alicuius materis fuerint, in fructu habeantur. At in usufructu non continetur id, quod in fundo non nascitur, scribit Papinianus in *l. Divorcia. §. Si fundum. C. §. Si vir in fundo. ff. Solutio matrimonii*. Quare lapis qui non nascitur, non intelligitur in usufructu. Legato igitur usufructu, non veniunt lapides, & cetera, quæ non nascuntur. Arbores verò cadunt, ut silices, noli, & id genus alia, in usufructu ve-

niunt. In *l. ex Silva. ff. de usufructu*. [Ex silva, inquit, imponitur, cadu, prædamenta, & rami ex arbore usufructuarium sumpturum, ex non cadu, ut vineam sumpturum, dum ne fundum deteriorem faciat.] Et in lege sequenti Paulus ait: [Sed si grandes arbores essent, non potest cadere.] Vlpianus in *l. Arboribus. ff. eod. Titul.* habet sic, [Arboribus cunilis] (videlicet, ut interpretatur Gloffa, ventilitate, vel terramotu, ut vel ventorum decedus) usque ad vltimam suam, & vltimè usufructuarium ferre. Labco tamen materia cum pro ligno vltimum, si habent unde ligno vitatur. Quam sententiam puto veram: alioqui si totus ager hunc calum passus sit, omnes arbores auterret fructuarias: materiam tamen ipsam succidere quantum ad vltimè refectionem, putat posse. Quemadmodum inquit, calcem coqueret, vel arenam fodere, aliudve quid adificio necessarium sumere. Et *l. Arboribus. ff. eod. Titul.* habetur: [Arbores vi tempestatis, non culpa fructuarij euulsas ad eo substitui non placet, quidquid in fundo nascitur, vel quidquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet. Ad pensiones quoque iam ante locatorum agrorum, si ipsa quoque specialiter comprehensæ sunt, sed ad exemplum venditionis, nisi fuerint specialiter exceptæ] potest usufructuarium conductorem compellere, et de arundinis, vel palis compendium, si eo fundo vtilis esse constituit, ad fructuarium pertinet. Celsus in *l. Item si fundus. ff. eod. Titul.* [Si apes, inquit, in eo fundo sint, earum usufructus ad fructuarium pertinet. Sed est lapidicina habeat, & lapides cadere velis, vel crenodinas habeat, vel arenas, omnibus his vltimum Sabinius, ait, quasi bonum patrem familias: quam sententiam puto veram. Sed est metalli post usufructum legatum sunt inuenta, cum totus agri relinquatur usufructus, non partium continentur legato.] Et deinde subiungit idem Iulius consultus: [Et pleuui, alluvionis quoque usufructum ad fructuarium pertinere. Sed si in silva iuxta fundum in flumine nata sit, ad fructuarium non pertinere. Legatus quoque scribit, licet proprietati accedat, esse enim veluti propriam fundum. Quæ sententia non est siue ratione. Nam ubi statuat incrementum, & usufructus augetur: ubi autem apparet separatum, fructuatio non accedit.] Et paulò inferius ait: [Nam & Trebatius scribit, Syluam caduam & arundinetum posse fructuarium cadere, sicut pater familias cadebat: & vendere, licet pater familias non solebat vendere.]

Quarto quaeritur, An venationes, aucupia, & piscationes in fructu habeantur? Celsus in *l. prædicta. ff. si fundus* sic ait: [Aucupiorum quoque, & venationum redutum, Celsus ait, ad fructuarium pertinere, ergo & piscationem. Seminum quoque fructum puto ad fructuarium pertinere: ita tamen, ut & vendere ei, & seminare liceat. Debet tamen, conferendi agri causa seminariis paratum semper renouare, quasi instrumentum agri, ut finito usufructu domino restituatur. Instrumentum autem usufructum habere debet vendendi tamen facultatem non habet. Iulianus in *l. Venationem. ff. De usu. C. si fundus* ait: [Venationem fructu fundi, Labco negavit esse, nisi fructus fundi ex venatione consistit.] Ergo aucupia, venationes, piscationes, sunt fructus fundi, quando fructus fundi ex his consistit. Secus non item.

Quinto quaeritur, Quid in animalibus habeatur in fructu? Celsus in *l. In pecudum. ff. de usufructu* ait: [In pecudum fructus etiam iocus est, sicut lac, & purus, & lana: itaque agni, & hædi, & vituli statim pleno iure sunt bonæ fidei possessoris, & fructuarij.] Et Vlpianus in *l. Veni. ff. de usufructu*, scribit sic: [Fructus tamen pecorum Sabinus, & Celsus opinati sunt ad fructuarium pertinere.]

Sexto quaeritur, In rebus quid fructus nomine contineatur? In *l. In hominis. ff. De operis seruo. ex Caso* dicitur: [In hominis usufructu opera sunt, & ob opera mercedis.] Et in *l. fructus. eod. Titul.* fructus hominis in operis consistit: & retro, in fructu hominis opera sunt, & ut in ceteris rebus fructus, deductis necessitatibus imperialis intelligitur, ita & in operis se uorum.

Septimo quaeritur, An partus ancillæ in fructu sit? T

re Cicerone lib. 1. de *Fructibus bonorum*, vetus questio fuit, An partus ancillæ in fructu censetur. Verba eius sunt: An partus ancillæ in fructu sic habendus, differitur inter Præcipuos civitatis, Pub. Scævola, Martium, Manilium; ab hisque M. Brutus dissentit: quod & acutum genus est, & ad vtilitatem civium non inutile. Sic Cicerone. Unde Vipianus in l. *Vetus*. ff. de usufructu: [Vetus, inquit, questio est. An partus ancillæ ad fructuarium pertinere. Sed Brutus sententia obtinuit, fructuarium in eo locum non habere: nec enim in fructu hominis homo esse potest: hac ratione nec vltimofructum in eo fructuarium habet.] Sic ille. Manilius & Scævola ancillæ partum in fructu haberi voluerunt, eod quod sicut in ceteris animantibus fixus in fructu numeratur, ita ancillæ partus. Hanc sententiam secutus esse videtur postea Paulus in l. *Paulus*. ff. de usu. & in l. *Paulus*. ff. ad legem Falcidianam. Sed Papinianus partum ancillæ noluit in fructu habendum esse. l. *De dote*. §. *Hæc hæreditatem*. ff. ad Senatus consultum Trebell. Sic etiam Vipianus in l. *Mulier*. §. *Sed enim*. ff. eod. Titul. & in l. *Vetus* fuit. ff. de usufructu. Idem quoque tenuit Caius in l. *In peculium*. ff. de usufr. Ratio horum inter eadem, quæ M. Brutus: quia absurdum videtur hominem in fructu haberi: cum omnes fructus rerum natura gratia hominum procreantur. Et hanc sententiam Iulianus Imperator probavit, ut patet *Instit. de Rerum divi*. §. *In peculium*. Et certe ratio horum Iuriconsultorum est optima: quia si quidquid natura procreat, tanquam fructus causa hominis est, id est, ad vltimofructum, non est quod partus ancillæ in fructu hominis habeatur: Absurdum est ut homo in hominis fructu censetur.

Quot, & quibus modis usufructus amittatur, vel finitur.

CAP. XXVII.

VSTRUCTUS amittitur sex, aut septem modis. Primo, obitu usufructuarii. l. *Corruptionem*. C. de usufructu. *Instit. de Usu*. §. *Fontis*. & l. *Sicut*. §. *Morte*. ff. de usufructu. & cap. ult. de Pignori. Unde si plures sint fructuarii, & vnus eorum decedat, non reuertitur usufructus ad dominum, sed accretit alteri fructuario, ut patet ex toto titulo *Digestorum*, de usufructu accrescendo. Quare si omnes usufructuarii moriantur, tunc usufructus extinguitur, seu finitur, ac desinit, ac alteri redit ad dominum. *Instit. de Usu*. §. 1. Hinc est, ut Iuriconsulti dicant, usufructum consolidari proprietate, siue dominio rei, quandoque redit ad proprietarium, siue dominum. Et sciendum est, quando usufructus alicui legatus est eâ conditione, ut restituat alteri, non petire morte legatarij, sed fideicommissarij. l. *Si legatum*. ff. *Quibus modis usufructus amittatur*. & l. *Si quis*. ff. de usu. & usufructu legat. Secundo, usufructus amittitur seu finitur per maximam, & mediam capitis diminutionem. *Instit. de Usu*. §. *Finitur*. l. *Corruptionem*. *vers. sed neque per omnem*. C. de usufructu.

Quid autem dicendum de usufructu relicto filio familias vel seruo, & proinde acquisito patri vel domino. An capitis diminutione maximâ, vel mediâ, vel morte, vel emancipatione filij, vel alienatione, aut manumissione serui, usufructus acquisitus patri, vel domino finitur, ita ut cum pater, vel dominus amittat. Respondeo penes patrem vel dominum manere. l. *Ultim*. C. de usufructu. Et hoc intelligitur quando usufructus relictus est iusto familias, vel seruo gratia patris, vel domini. Secus, si relictus sit causa ipsius filij, vel serui. Glossa in ea lege.

Quid, quando dubia res est, an gratia filij, aut serui, an potius causa patris, vel domini legatus fuerit? Respondeo tunc locum habere legem prædictam imperatoriam. Sic Glossa eod. loco. Quid si pater capite minuitur, vel moriatur, tuncne usufructus penes filium remanebit? Respondeo, manebit, ut dicitur in eod. l. *Ult*. An verò idem iuris sit, si dominus capite fuerit minutus, vel decederit, nun-

quid usufructus erit penes seruum? Respondeo, minime, ut ait *ibi*dem Glossa, quia nullo temporis momento seruus quidquam habet, sed dominio acquirit: at filius familias habet non ut hæres, sed ut usufructuarius, cui relictus est usufructus. Sic ferè Glossa. Porro diminutio capitis maxima est, cum quis civitatem simul & libertatem amittit, cuiusmodi fuit ij, qui ob cetera delicta efficiuntur serui penæ, vel in seruitutem pœnalem rediguntur: Media est, cum quis civitatem quidem amittit, sed libertatem non item; quales sunt, quibus aqua, & igni interdictitur, vel qui deportantur ad insulam. Minima est, cum civitas, & libertas retinetur quidem, sed status mutatur, ita ut qui sui iuris erat, factus sit iuris alieni, videlicet: per adoptionem, vel arrogationem. *Instit. de capitis diminutione*. Præter hæc capitis diminutiones sunt genera mortis civilis. l. *Si civitatem*. ff. *Pro socio*. Tertia non item, quia omnia iura transeunt ad patrem, cuius potestati se tradidit, qui arrogatur. *Instit. de adoptione*. §. *sed hodie*. & *Authent. Ingressi*. C. de Sacrosan. Eccles. & *Authent. Quæ ingredientibus*. C. de testamentis.

Dubie quæstionis est, an usufructus finitur, si fructuarium in religionem ingressum professionem emittit? Ratio dubitandi est, quia in mundo moritur e. *Placuit*. 2. 16. *quæst. 1*. De hac quæstione Glossa in e. *Si qua mulier* 19. *Quæstione ult*. Panormitanus & Decius in e. *In presentia*, de Probatis. In hac re Glossa in *Authent. Ingressi*. C. de Sacrosan. Eccles. censet non finiri, donec ipse fructuarium moriatur: & interim emolumentum, & commodum usufructus ad Monasterium pertinere; dummodo sit ex numero eorum, qui in bonis Monachi succedunt. Alioqui professione Religiosis emissâ, extinguitur usufructus, & redit ad proprietarium. Sic etiam Panormitanus in e. *ult. de Pignori*, num. 2. & Decius in e. *In presentia*, de Probatis, num. 36. & ambo dicunt hanc opinionem esse communem.

Quid verò, si pater, qui habet usufructum in bonis filij aduentitij, Religionem profiteatur? usufructus ne redit ad filium, an verò transibit ad Monasterium honorum capax, donec pater e vita decederit. De hac Quæstione Couarruias de *Testamentis*, cap. 2. num. 8. & ego etiam *Part. 1. lib. 2. cap. 8. quæst. 2*. Tres sunt opiniones, vna est absterentium, dimidiam partem ad Monasterium transeunt: quemadmodum cum filius emancipatus acquirit dimidiam partem usufructus altera dimidia, penes partem remanentem, ne oneretur obligatione alendi Monachum, & alteram dimidiam ad filium redire. Bartolus in *Authent. Idem est*. C. de bonis, quæ liber. & Panormitanus in cap. *Cum finitus*, num. 6. de Regulis. & cap. *In presentia*, de Probatis, num. 37. Syluester in verb. RELIGIO §. *num. 1*. Angelus in verb. (Religiosus) num. 31.

Alter sententia est, totum usufructum finiri, & ad filium reuerti, quia is factus est sui iuris, & extinguitur est patria potestas, quia is factus est sui iuris patre Religionem professore, ac proinde eo ipso usufructum acquirit. Siluanus Salicet. Iason. Cynus, Albericus, & Hippolytus apud Couarruiam loco citato: & Siluanus dicit honorem sic esse definitum in consultatione multorum Doctorum; Salicetus verò esse communem sententiam, & eam secutus est Couarruias motus ratione prædictâ. At enim verò eiusmodi ratio mihi non videtur admodum firma: quia filius cum emancipatur, fit sui iuris; & tamen non totum usufructum suorum bonorum aduentitiorum recipere, sed tantum dimidium, remanente reliquo penes partem. l. *Cum oportet*. C. de bonis quæ liber.

Tertia sententia est, totum usufructum ad Monasterium transire. Glossa in *Authent. Ingressi*. C. de Sacrosan. Eccles. & in *Authent. Ingressi*. C. de bonis quæ liber. qui in sententiam sequuntur Baldus, Comens. Decius Guido Papa, Berous, Ioan. Lopus, quos citat Couarruias in *locos quem supra retulimus*. Et ut ait Decius cap. *In presentia*, de Probatis, numer. 236. & Nauar. de Regulis *Comment. 2. num. 38*. est verior, & cum ipsa ratione videtur congruere, quia iure commune bona profitentium Reli-

gionem, tranſeunt ad Monafterium. Deinde vſtructus non ſinitur niſi morte fructuarij naturali, aut capitis diminutione maxima, vel mediā, ergo non exſtinguitur per ingreſſum in Religionem, donec Monachus ingreſſus ē viuis exceſſerit. Hoc autem locum habet in bonis ſuis aduentitijs, in quibus pater ante ingreſſum in Religionem comparauerat vſtructum; non autem in his bonis, quæ filius acquirit, poſtquam pater ſe ad Religionem conuertitnam eum filius ſe iam ſuis iuris effectus, fructus omnium bonorum, quæ ad ipſum perueniunt, eius ſunt, non patris Religionem profeſſi.

Illud etiam in quaſtionem venit: An pater habens vſtructum in bonis ſibi aduentitijs, eum amittat ſtatim ve filius profeſſus eſt Religionem in Monafterio honorum capaci? Quorundam eſt ſententia, eum ſtatim amittere, & vſtructum vā cum proprietate ad Monafterium tranſire: quia facta profeſſione filius à patria poteſtate eximitur, & bona ingredientium in Religionem, iure communi ad Monafterium tranſferuntur. Panormitanus 6. *In preſentia, numer. 56. de Probat.* ſentit vſtructum exſtingui, ſi filius expreſſe de ſuis bonis aduentitijs, & vſtructu ſtatuerit aliquid arbitratu ſuo. Alioqui verò, inquit, vſtructus, penes patrem remanet. Sed merito Decius *praediſto in loco, nu. 240. & Nauar. de Regularib. Comment. 2. nu. 51.* hanc Abbatibus diſtinctionem conſtituit.

Aliorum eſt opinio, vſtructum penes patrem manere, donec moriatur. Ita Decius *eodem cap. In preſentia de Probat. nu. 240. ubi citat Speculatorems, & Antonium, & dicit ita committere ſentire Doctores.* Idem docet Nauar. *de Regularib. Comment. 2. nu. 55.* Et ratio eſt, quia huiusmodi ſuis quod ante acquirerat pater in bonis ſuis aduentitijs, non auferit tale ſuis patri acquiſitum. Et quod dicitur, bona profeſſionem Religionem, ad Monafterium tranſire, locum habet in his bonis, quæ pertinent ad eos, qui ſe Religionem tradunt, & dedicant, & proinde proprietatis, & dominiū bonorum aduentitijs filij tranſit ad Monafterium, ſed non vſtructus antea patri acquiſitus, quia tale ſuis patris eſt, non filij. Hac opinio magis ad veritatem accedit, vt dixi *part. 1. lib. 12. cap. 8. §. 3.*

Hinc etiam intelligitur, Quid ſit dicendum in ea quaſtione, An pater amittat vſtructum, quoniam habet in bonis filij aduentitijs, ſtatim atque filius ad Eccleſiaſticos ordines prouectus eſt. Ratio dubitandi eſt, quia bona aduentitijs, quæ filius acquirit poſt Ordines ſuſceptos, ſunt quali caſtreſia, ita vt in his pater vſtructum non acquirit, ergo pari ratione deſine pater vſtructum habere in his bonis, in quibus antea habebat, quia talia bona ſibi poſt Ordines ſuſceptos ceperunt eſſe quali caſtreſia. Hac ratione nihil obſtante, eſt opinio communis, patrem non amittere talem vſtructum, quia illum ſibi antea iam comparauerat.

Tertio ſinitur vſtructus, quando perit, vel mutatur res, in qua fuerat conſtitutus. *Reperi. verſ. Rei mutatione. ff. Quibus modis vſtructus amittatur, & Inſtit. De vſtructu. §. Finitur.* Si quætas, an vſtructus, quem quis habet in nauis, exſtinguatur, & deſinat, ſi nauis diſſoluatur à domino, & reſticiatur ex eiſdem tabulis, & lignis. Reſpondet quidam ſinitur, quia non eſt eadem nauis, quamuis ex priſtis tabulis, & lignis reparatur: ſicut non eſt eadem domus, quæ ſemel diruta, ſtatim ex eiſdem lapidibus, & lignis reſticitur, & eadem eſt, ſi ſolum per parietes reparata fuerit. Id probant *ex l. Quid tamen, verſ. In nauis quoque vſtructus. ff. Quibus modis vſtructus amittatur, ubi dicitur: In nauis quoque vſtructus, Sabinius ſcribit. Si quidem per partes reſticta ſit, vſtructum non interire ſi autem diſſoluta ſit, licet eiſdem tabulis, nulla præterea adiecta, reſtaurata ſit, vſtructum exſtinguatur. Quam ſententiam, (vt inquit Vlpianus) puto vetiorem. Nam ſi domus ex eiſdem cementis, lignis, & ſtruce reſticta, vſtructus exſtinguatur. Sic ibi.*

Ceterum contra hanc ſententiam eſt argumentum *ex l. Inter ſipulantem, §. Sacram rem, verſ. Nam eſt nauem. ff. De verb. oblig. ubi Paulus ait: Nam eſt nauem, quam*

propodit, dominus diſſoluit, & eiſdem tabulis compeget, quia eadem nauis eſt, incipiet obligari. *Ex verſ. Et nauis, dicit: (Et nauis ſi hæc mente reſoluit eſt, vt in ſua vſum tabule deſtinaretur, licet mutato conſilio perſectum, tamen & perempta prior nauis, & hæc, alia dicenda eſt. Sed eſt reſticta nauis cauſa omnes tabule reſticta ſit, nondum intercidit nauis videtur, & compositis rurlum tabulis eadem nauis eſt incipit.) (Sicut de rebus depoſita tigna eā mente vt reponantur, eadem ſunt.) *Ex l. Quæ res, §. Arcem. ff. De ſolution. ibidem Paulus ſic habet: (Vt in nauem, quam tu promiſiſti, dominus diſſoluet, deinde eiſdem tabulis compeget, reperi tene enim eadem nauis eſt, quam te daturum ipondiſti: vt videatur obligatio magis ceſſare, quam exſtingui eſſe.) & Gloſſa in l. Quæ tamen ſuprà citata, in verbo, Licet iſſem tabulis, docet nauem, ſi eā mente diſſoluta ſit, vt reſticiatur, rurlum compositam eandem eſſe incipere. Et in l. Scripta res, §. Si ſublatur. ff. de Seruitur. urban. præd. habetur: (Si ſublatur ſit ædificium, ex quo ſublaticium cadit, vt in eadem ſpecie, & qualitate reponatur vtilitas exigit, vt idem intelligatur nam alioqui ſi quis ſtrictus interpretetur) aliud eſt, quod ſequenti loco ponitur: Et ideo ſublato ædificio, vſtructus interit.]**

Dicendum eſt, vſtructum exſtingui, ſi nauis tota ſimul diſſoluta ſit, etiam eā mente vt iſſem tabulis reſticiatur. Idem iuris eſt de domo, & quolibet ædificio, ſi totum dirutum ſit, etiam vt reſtauratur. Verum alia ſeruitutes, & obligationes impoſite rebus non ſemper ſinitur, etiam ſi res mutata eadem non ſit, ſed alia eandem ſpeciei, & qualitate, vt habetur in *ſuprà l. Seruitutes.*

Quarto quaeritur, Quando ſinitur, vſtructus relictus ciuitati municipio, vel collegio. Ratio dubitandi eſt, quia ciuitas, municipium, vel collegium non moriturus. Reſpondeo, centum annorum ſpatio ſinitur, quia ſuis vix longæſſi hominis eſt. Sic in l. An vſtructus. ff. De vſtructu. & in l. Si vſtructus municipio. ff. De vſu, & fruſtu legatis.

Quætas, an idem iuris ſit, ſi legatus fuerit vſtructus alicui Eccleſiæ? Reſpondeo idem iuris eſſe. Gloſſa in l. An vſtructus. ff. De vſtructu. eſt enim eadem ratio de Eccleſia, quæ de ciuitate, nec aliud eſt iure canonico decretum, & eandem præuilegia Eccleſiæ competunt, quæ Republicæ. *l. vlt. Co. de Sacroſ. Eccleſ.*

Si regeretur, An legatum annuum relictum ciuitati, vel municipio ſinitur, & deſinat centum annis elapſis? De hac quaſtione Couarruias *lib. 3. variat. reſol. cap. 9. num. 10. cap. 15. num. 18. verſ. Tertio inferitur.* Dux ſunt opinionones, vna eſt idem iuris eſſe de annuo legato, quod eſt de vſtructu, hoc eſt, annuum legatum ſinitur centum annorum tempore, quemadmodum vſtructus exſtinguitur. Ita Bartolus, Accuſſius, Lancilotus, Iacobus Rauennas apud Couarruiam *loco citato*, & eodem reſte Couarruias, Decius, & In. cl. dicunt opinionem eſſe communem.

Secunda eſt ſententia, annuum legatum non ſinitur. Ita Rogerius, Albericus, Angelus, Ripa, Cumanus, Socinus, & Panormitanus apud eundem Couarruiam. Et hæc ſententia eſt venior, quia vſtructus ideo centum annorum ſpatio exſtinguitur, quia alioqui proprietatis eſſet inutilis, ſi nunquam deſineret vſtructus. At verò tamen ſi annuum legatum ciuitati relictum non deſineret centum annis, non continuo proprietatis, quæ eſt penes hæredem, redditur inanis: nam legatum annuum poteſt abſque vlla temporis præſcriptione reſtictum. *l. Si cum præſcriptione. ff. Quando dies legati cedat. Dico.*, ergo nunquam legatum annuum ciuitati relictum ſinitur. Reſpondeo, hoc nihil in eam modi continere, quia eſt gratia alimentorum, & non poteſt hæres obligari ad alimenta in perpetuum ſuppeditandi: quemadmodum ſi annuum legatum reſtictum perierit pauperibus. Secundo, poteſt etiam annuum legatum ciuitati relictum ſinitur ante centum annos, quemadmodum etiam vſtructus legatus: ſi enim poteſt vt ciuitas intereat ante centum annos tripliciter: Primo ſi in eam irruptione inducatur. *l. Vſtructus. ff. Quibus modis vſtructus amittatur.*

tur. Secundo si inde ciues discedant, vel ob intemperem cæli, vel ob pestem & morbos continuos, vel ob hostium crebros incurtus, aut ferarum merum, ita ut eo nunquam postea reuertantur. Glossa in *l. si usufructus, modo citata*. Tertio, si ciues longo tempore usufructu uti desierint.

Tertio queritur, An usufructus ciuitati, vel collegio legatus intereat, si ciues, vel collegæ omnes moriantur, succedentibus aliis. Ratio dubitandi, quia videtur esse alia ciuitas, & aliud consilium. Respondeo cum Iuriconsulto in *l. Proponebatur. ff. de iudic.* non esse aliam ciuitatem, vel aliud collegium, quamuis mutatis omnibus ciuibus alij succedant. Quod locum, inquit ille, habet in multis alijs rebus. Nam & Legio militum eadem habetur, ex qua multi decesserunt, in quorum locum alij subiecti sunt. Populus idem hoc tempore putatur, qui centum ab hinc annis, cum ex his nemo adhuc viuat: Itemque si nauis adeo relicta sit, ut nulla tabula eadem permaneat, que non nauis sit, nihilominus eadem nauis existimetur: Et idem fluuius censetur, quamuis semper noua aqua accedat, & prior efflueret.

Quarto finitur usufructus, si usufructuarius re non utatur per se ipsum, vel per alios nomine suo. *l. si mulieri. & l. Pomponius. ff. Quibus modis usufructus amittitur. & l. Non videtur. ff. de usufructu.* Nam quemadmodum vluapione, vel prescriptione amittitur rei dominium, sic etiam usufructus: procedit enim prescriptio contra usufructuarium non vteretur re. *l. Corruptionem. C. de usufructu. & l. Penult. C. de Seruis & aqua. Et l. vlt. C. de prescriptione. Longi temporis. & l. Sequitur. §. vlt. ff. de vluapione.* Ut si non utatur decem annorum spatio inter præcenses, vel viginti inter absentes, computandis a tempore, quo cepit usufructus consistere.

Quinto extinguitur usufructus mutatione rei, veluti si testator, qui legauit vsum balnei, ex balneo tabernam, vel dietam fecerit: institutionem, cuius vsum fructum reliquerat, ad aliud ministerium, vel artificium transferent. *l. si cui. §. Balnei. ff. Quibus modis usufructus amittitur.*

Ex his duobus modis, quibus extinguitur, vel amittitur usufructus, colligitur quid sit dicendum in certis quibusdam cautis. Primo, an si seruus fugitiuus, in quo mihi usufructus est, aliquid acquirat, mihi illud acquirat. Ratio dubitandi est, quia cum sit in fuga, illo non vtor. Respondet Vlpianus in *l. Arboribus. ff. de usufructu*, mihi illud acquirere, quia tunc presentibus seruis non vramur: tamen usufructum retinemus, ut puta agrotante seruo, cuius operæ nullæ sunt, vel confecto senectute homine. Nam etiam agrum arenis, licet tam sterilis sit, ut nullus fructus nascatur, retinemus vsum fructum: & quâ ratione retinetur à proprietario possessio, etiam si in fuga seruus sit pari ratione etiam usufructus retinetur. Hæc ille.

Secundo, An si fructuarius vsum fructum donet, vel locet alteri, dicatur vsum fructum retinere? Respondet Martianus Iuriconsultus. *l. Non videtur. ff. de usufructu*, fructu tantum uti, etiam quando alius nomine ipsius vtitur, re, ut si fructuarius locauerit vsum fructum alteri, vel tradiderit ei, qui ipsius negotia gerit, vel si vendiderit: quia tunc re iam vendita non vtitur, nec emptor uti videatur ipsius nomine, sed suo, nihilominus tamen venditor vtitur precio loco rei. Sic Caius in *l. Quia quis. ff. de usufructu*. Si fructuarius itidem vsum fructum alteri donauerit, non intelligitur uti re, nisi ille, cui donauit, eâ vtitur. *l. Quod si donauerit. ff. de usufructu*. Præterea, si Titius fructuarius locauerit vsum fructum Caio proprietario, & Caius alteri plenam proprietatem vendiderit, amittit Titius vsum fructum. *l. Pomponius. ff. Quibus modis usufructus amittitur.*

Tertio, Non delinet usufructuarius uti re, quandounque per ipsam non stat, quo minus vtitur. Vnde Africanus in *l. Qui usufructum. §. usufructus. ff. de usufructu*, sic ait: Vsum fructus serui Tino legatus est, & etiam per heredem statet, quomodo præstaretur, seruis mortuus est, aliud dici non potest, aut, quam in id obligatum esse heredem, quanti legatum interit, morem factam non esse: ut scilicet ex eo tem-

pore in diem, in quo seruis sit mortuus, usufructus aestimetur. Cui illud quoque cõsequens sit, ut si Titius ipse moriatur, similiter ex eo tempore, quo mora Titio facta sit, in diem mortis æstimatio usufructus heredi eius præstetur.]

Quarto, ex eo quod usufructus rei mutatione finitur, sit, ut redeunte re in pristinum statum, naturæ, vel arte, redeat quoque usufructus, qui cessauerat, vel suppressus fuerat. Veluti quando ager, in quo vsum fructum habemus, inundatur à flumine, cessat nobis usufructus: sed quando recesserit aqua, sicut restituitur proprietatis agri, sic etiam usufructus. *l. si ager. & l. Cum usufructum. ff. Quibus modis usufructus amittitur.* Item si ager occupatus fuerit ab hostibus, vel seruis captiuus abductus, & deinde redeat, vel redimatur, tunc iure postliminij restituitur usufructus.

Sexto queritur, Quibus alijs modis usufructus intereat, vel amittatur? Respondeo, perire etiam alijs modis, videlicet consolidatione: veluti si usufructus cum proprietate consolidetur, hoc est coniungatur, nimirum quando proprietarius se proprietate abdicat, transfert ad fructuarium. Et e contrario, quando usufructus ad proprietarium reuertitur. *Instit. de usufructu §. Finitur.*

Extinguitur etiam usufructus redemptione legati facta à testatore. *l. si tibi fundi. Et l. si seruis. ff. Quibus modis usufructus amittitur. Et l. Quoties. §. Quod si filius. & l. Dominus fructuario. ff. de usufructu.*

Finitur itidem usufructus repudiatione legati. *l. si Titio. ff. de vtu. & usufructu legatis.*

Præterea definit usufructus deficiente conditione, vel die, sub qua, vel ad quam constitutus est. *l. Cui usufructus. ff. de vtu. & usufructu legatis. Et l. Ambiguitatem. C. de usufructu.* Et finitur lapsu temporis, ad quod legatus est. *l. si usufructus. ff. de vtu. & usufructu legatis.*

Septimo queritur, An quandoque usufructus extinguitur, & amittitur, redeat ad dominum proprietatis? Respondeo, plerumque ad proprietarium reuertitur. *l. Omnia. §. Ne tamen. de usufructu.* Aliquando tamen redit ad alium, qui proprietatem non habet. Veluti si alicui proprietatis fundi deductus usufructus legata fuerit, si alij usufructuarius restituerit usufructum rogatus sit. *l. si legata sunt. ff. Quibus modis usufructus amittitur.*

Item usufructus acquisitus per filium patris, vel per seruum domino, altero eorum praemortuente, vel capite minuto, non redit ad alterius superfluum, quamdiu vixerit. *l. vlt. C. de usufructu.* Per ius idem accrescendi ad alios quam proprietarios usufructus amittitur, vel extinctus peruenit. *l. de usufructu accrescen.*

Quando usufructus acquiritur iure accrescendi.

CAP. XXVIII.

ACCRESCERE dicitur in iure aliquid alteri, cum ei, qui etiam partem habet, accedit, atque adiungitur, veluti cum in iura fundo accrescere dicitur. *l. Insula. & l. Ergo. ff. de Acquirend. rer. dom.* vel cum portio alteri portionis, vel rei accedit. *l. si Titio. §. vlt. ff. de usufructu. & l. Seruus. ff. de Acquirend. rer. dom.* Vnde ius accrescendi apud Iuriconsultos celebratur, cum hæreditas legata vel rei pars, que in vno ex hæreditibus legata nise deficit, alteri attribuitur, vel eum portio deficientis alteri adiungitur. *l. Ideoque. ff. de usufructu accrescendi.*

Iure igitur accrescendi usufructus acquiritur, ut si testator legauerit vsum fructum fundi Titio, & Caio, si Titius moriatur, aut capite minuat, aut legatum repudiet, totus usufructus Caio accrescit. *ff. de usufructu accrescen.* Hoc autem locum non habet, quando dimidiam partem usufructus testator Titio relinquit, & alteram dimidiam partem Caio legaret. *l. i. ff. de usufructu accrescen.* Item si testator vsum fructum fundi legauerit communi seruo Titij, & Caij, Tino mortuo, vel amittente vsum fructum, accrescit ipsi Caio. *l. i. §. Denique. ff. de usufructu accrescen.* Idem ius est, si testator legauerit vsum fructum

tertio

seruo communi Titij, & Caij, & eundem usufructum Scio reliquerit: tunc enim, Titio repudiante, vel amittente usufructum, pertinet ad Caium socium, non ad Scium, quia Titius, & Caius coniuncti sunt in legato. *l. 1. §. Idem ait. ff. De usufructu accrescend.* Eadem ratio est, cum Titio, & Caio coniunctim usufructum testator reliquit, & deinde separatim eundem usufructum Scio legauit. Titio enim moriente, vel repudiante usufructum, accrescit Caio socio, non Scio.

Quæras, quot modis possit coniunctio accidere? Respondeo, tribus modis; Re tantum, aut verbis tantum, aut re, & verbis simul. *l. Tripliciter. ff. De verbor. signific. c. l. Re coniuncti. ff. de Legat. 3.* Re tantum, vt si Titio usufructum fundi Semproniani legauero, & eundem usufructum Caio reliquero, utriusque in solidum usufructu legatur. Nam quoties usufructus duobus in solidum legatur, illi inter se ius accrescendi habent. *l. Idem Neratius. ff. de usufructu accrescend.* Verbis coniunctio fit, si testator dixerit, Titio, & Caio usufructum fundi Semproniani æquis portionibus lego. Re & verbis fit coniunctio, vt si testator dicat, Relinquo usufructum fundi mei Semproniani, Titio, & Caio: In his omnibus usufructus duobus coniunctim legatur.

Quandonom usufructus acquiritur legato.

CAP. XXVIII.

Primo queritur, Quid sit dicendum, quando quis usufructum fundi legauit vsque ad duodecimum annum filij sui, & filius tuus ante duodecimum annum ætatis decesserit: antequam id temporis vxor erit fructuaria? Respondeo, minime. *l. Ambiguitatem. C. de usufructu.* Quid vero si vxor fructuaria ante illud tempus obiit? transmittitur usufructus ad heredem? Respondeo, minime, quia morte usufructuaria usufructus extinguitur. *l. Ambiguitatem; paullo ante citata.* Quid itidem, si mihi usufructum legasti, quando filius tuus esset in furore, num si resipuerit, usufructus tunc finietur? Respondeo, quia datus est sub conditione; & conditio existit, nuper allata: Sed quid si filius tuus in furore decesserit? Respondeo, usufructum ad me pertinere, quatinus vixero, quia fieri poterat, vt filius tuus toto vitæ tempore esset in furore. *l. Ambiguitatem. C. de usufructu.*

Secundo queritur, Quid sit dicendum, quando testamentum fecisti, & me heredem instituiti, & habitationem mihi legasti, an huiusmodi legatum usufructus intelligatur? Respondeo, intelligi habitationem ab usu, & usufructu distinctam, id est, ius habitandi. *l. Cum antiquitas. C. de usufructu.* Habitatio autem nec est usus, neque usufructus: non usus, quia is, cui legata est domus ad habitandum, potest eam alteri locare. *l. Cum antiquitas; modo citata:* non usufructus, quia habitatio non nisi morte finitur, usus fructus multis alijs modis extinguitur. *l. Corripitionem. C. de usufructu. c. l. Si habitatio. ff. de usu. c. habit.* Quæras, an legatâ habitatione, videatur testator proprietatem mihi legasse? Respondeo, minime: Vnde domus mihi legatâ ad habitandum, vindicari non possunt; nisi testatorem hoc expressè dixisse probauero, id est, voluisse, vt ad me dominium domus pertineret. *l. Cum antiquitas; supra citata.*

Tertio queritur, Quid sentiendum sit, quando testator alicui nudam proprietatem fundi reliquit reseruato usufructu heredi. Respondeo, legatum valere, & mortuo primo herede, vel capite minuto, usufructum ad proprietarium redire. *l. Antiquitas. C. de usufructu.* Quid si testator expresserit, usufructum reteruari secundo eum heredi? Respondeo, tunc esse duo legata usufructus, vnum primo heredi, alterum secundo heredi, & quemlibet modis solutus sim. *Glossa in l. Antiquitas; supra citata, in verbo: cum herede.*

Instit. Moral. Pars. 3.

Quot, & quibus obligationibus usufructuarius teneatur.

CAP. XXIX.

Vusufructuarius tenetur in primis soluere impensas necessarias in re, cuius usufructum habet, conseruanda, & reficienda, si impensæ sint modicæ. Angelus *Instituit. de usufructu. §. Finitur.* nam si magnæ sint, et ad proprietarium pertinent. Baldus & Salicetus in *l. Hærenus. ff. de usufructu. c. l. Item, ad quam. C. cod. Titu.* Quæ autem impensæ magnæ censentur, & quæ paruæ, ac modicæ, iudicis arbitrio decernendum relinquitur.

Secundo, cogitur fructuarius soluere indicationes siue pensiones, quæ collectæ, seu gabelle dicuntur, & debentur ex re, in qua usufructum habet. *l. Quæro. ff. de usu. c. usufructu. legat.* Vbi verba sunt hæc: Si usufructus fundi legatus est, & eidem fundo indicationes temporariæ indicitæ sint; quid iuris sit. Paulus respondet, idem iuris esse in his speciebus, quæ postea indicuntur, quod in vectigalibus: ideoque hoc onus ad fructuarium pertinere. *Et in l. Africanus. §. Hæres. ff. de Legat. 1.* dicitur: [Hæres cogitur legati prædij soluere vectigal præteritum, vel latium, vel cloacatum, pro aquæ forma.] Vbi Bartolus annotauit, onus tributum, vel vectigalis præteritum, non futuri ad heredem pertinere. *Et in l. Hærenus. ff. de usufructu.* tributum; tributum, salarium, vel alimenta ad fructuarium spectare: nisi huiusmodi pensiones adeo magnæ essent, vt cum rei fructibus æquarentur, tunc enim eas soluere proprietarius debet. *Glossa in l. Qui concubinam. §. Qui hortos. ff. de Legat. 1.* cuius sententiam sequuntur Dynus & Bartolus in *l. His verbis. §. Item testator. ff. de Legat. 3.*

Tertio, iuxta quorundam sententiam, is qui usufructum habet omnium bonorum, debet soluere ad alienum: secus verò, si solum certarum rerum usufructus ei fuerit relictus. *l. Vltima. ff. de usu. c. usufructu. legat.* At in ea lege, solum dicitur: [Si quis suorum bonorum usufructum legauerit, res alienam ex bonis deducetur.] hoc est, hæres ex bonis detrahet res alienam; & postea in reliquis bonis dabit, siue constituet usufructum Legatario, vt ibi Glossa exponit. Et idem iuris est, si quis legauerit alicui usufructum ientis, vel quartæ partis suorum bonorum: nam res alienam deducetur. Secus verò est, si legauerit usufructum certarum rerum.

Quarto, omne legatum, ad fructuarium etiam omnium bonorum non pertinet, sed ad proprietarium, Bartolus in *l. vlt. ff. de usu. c. usufructu. legat.*

Quinto, si vniuersus legatus sit alicui usufructus gregis, vel armenti, cogitur fructuarius animalia demortua supplere, ex fecibus ipsius gregis, vel armenti; ita vt totidem substituat. Si verò usufructus fuerit relictus in animalibus; non cogitur sufficere alia in locum eorum; quæ moriuntur atque ipsius culpa. *l. Verus, ad finem. ff. de usufructu. c. Instituit. de Rerum diuis. §. Sed si gregis.*

Quid autem si usufructus legatus sit alicui in vineis, oliuetis, vel arboribus, quarum aliqua casu perierit? Debet in locum earum alias sufficere, & colere tanquam bonus paterfamilias. *§. Sed nisi gregis supra citato.*

Secundo queritur, An usufructuarius proprietario debeat cautionem dare? De hac questione in toto titulo: *Vusufructuarius quemadmodum caueat, c. titul. de usufructu earum rerum, quæ usu consumuntur. C. de Pignoriis.* Debet de aëbus, vt habetur in *l. 1. ff. Vusufructuarius*, videlicet vltimum se boni viri arbitratu, &

E

cum

cum usufructus ad eum pertinere desinet, restitutum, quod inde exstabit, *Et capit. ultim. de Pignoriis. & Glossa ibidem.* Nam rebus, quæ vti ipso non statim intereunt, cogitur vti arbitrio boni viri, salua earum substantia, quemadmodum quilibet vitur, & fruatur se sua. Si verò res sint, quæ contestum vtu consumuntur, cauere proprietario debet, redditurum se eas minime deteriores factas, vel si eas consumperit, soluturum se earum pretium, & estimationem: ac proinde, cum res huiusmodi traduntur, æstimantur, vt tantidem soluantur, si fuerint consumptæ, quantum æstimate fuerint. Adde quoque Panormitanus in *capit. Cum constat, de Pignoriis.* Si res fuerint tales, vt vti ipso non statim tollantur, & pereant, sed minuuntur, vel attenuantur, debet cauere, siue satisficere de restituendo, quod superuenit, usufructu finito. *l. i. ff. de Usufructu earum, quæ vtu consumuntur.* Nam quemadmodum huiusmodi res, si commodatæ sunt, minuuntur domino, non ei, qui eas commodatas accepit. *l. eum qui, ff. Commodatæ.* sic etiam quando earum usufructus conceditur alicui, si vtu minuuntur, damnum domini est, non usufructuarii: vt colligi videtur *ex l. i. ff. Usufructuarius quemadmodum cauere.*

Tertio quaeritur, An usufructuarius cautionem præstare cogatur de substantia rerum seuandæ? Respondeo, cum Bartolo, & Saliceto in *l. c. de Usufructu.* cogitur, si res tales fuerint, vt statim vtu ipso non pereant: secus est, si tales non fuerint. Vnde non semper usufructuarius dare compellitur.

Quarto quaeritur, An si fructuarius ab initio cautionem non dederit, siue non cauerit, fructus faciat suos, an potius restituere debeat? Panormitanus in *capit. Cum constat, de Pignoriis.* secundum communem sententiam distinguit: aut bona fide fructus percipit, puta, quia nec dominus vllam ab eo cautionem petiuit, & tunc fructus facit suos. *Glossa in l. vxori. i. ff. de Usu, & usufructu. legat.* Aut cautionem denegauit proprietario possidanti, aut in tempus mala fide distulit: & tunc fructus restituere compellitur, tanquam male fidei possessor. *Glossa in lege. Si cuius. ff. de Usufructu.* & *Glossa in l. Sol. etsi. §. Si re. in verbo, non puto. ff. de Petiti. hared.* At Salicetus in *l. c. de Usufructu.* secutus Oldradum, Cynum, & Baldum, aliter distinguit: Si ab eo sunt cautio petita, fructus non facit suos, quia fuit in mora, & culpa: Si verò petita non fuit, aut fructus percipit, sciens, & patiente, seu tacente domino, & tunc sibi fructus acquirit, quia sibi dominus imputare debet, quod cautionem non postulauerit, siue quod non satis accepit cum fructuarius satisficere deberet. Aut percipit fructus ignorans, siue infesto domino, & tunc si possessionem sine vitio nactus est, est possessor bonæ fidei, & fructus sibi comparat. *l. Si usufructuarius ff. Quibus modis usufructus amittitur.* Si verò possessionem vitiose adeptus est, puta, propria auctoritate, tunc fructus non facit suos. Syluester in *verbo Usu, questio. 6.* ait, secundum consuetudinem Panormitani distinctionem, in hac parte sufficere.

Quinto quaeritur, Quidnam iudicandum, quando fructuarius nec fideiussorem dare, nec pignus præstare possit? Respondit Bartolus in *l. 4. c. de Usufructu.* Si certo & euidenter confiteretur nec fideiussorem posse dare, nec pignus, & sit suspecta fidei, rem sequestrari debere, iuxta id quod habetur in *l. Postquam. §. Imperator. ff. Vt legatorum nomine caueatur, & l. Si fideiussor. §. vlt. ff. Qui sit isdara cogantur.* Certè si res est mobilis, & quæ possit euerti, vel dissolui, tunc locum habet opinio Bartoli: si talis verò non fuerit, non est opus sequestratione. Quando autem fructuarius suspectæ fidei non est, quamuis alioqui sit pauper, sufficit si cautionem præstet nec fideiussore, nec pignore dato: hoc est, satis est si promittat, & iuret se vsum rebus boni viri arbitrio, & redditurum, quod ex illis exstabit, aut estimationem earum. Panormitanus in *e. Cum constat, de Pignoriis.*

Septimo quaeritur, Vtrum testator remittere queat cautionem, hoc est, possit concedere, ne cautio præstetur, videlicet prohibendo, ne cautio exigatur ab usufructuario, vel concedendo usufructuario, ne cautionem dare debeat. Respondeo, non posse. *l. i. c. de usufructu habetur:* [Si usufructus omnium bonorum testamentum vxoris marito relictus est, quantum cautionem à te prohibuerit exigi, non aliter tamen à debitoribus solutam pecuniam accipere poteris, quam oblata secundum formam Senatus-consulti cautione.] *Et in l. Scire. c. Vt in possessionem legatorum:* [Scire debetis, fideicommissi, & legati satisfactionem remitti posse, Daum Mareum, & Daum Commodum constituisse, vt autem boni viri arbitrio is, cui usufructus relictus est, vtiatur, minimè satisfactionem remitti testamentum posse.]

Si quaeras, cur testator remittere nequeat usufructuario obligationem præstandi cautionem? Respondeo, duplici ratione id esse prohibendum. Primum, quia cautio est debita causa hæredis, hoc est, tuori eius, ergo testator si remitteret cautionem, noceret iuri hæredis. Secundo, quia usufructuario daretur occasio delinquendi. *Glossa in l. i. c. de Usufructu.* & *Glossa in cap. ultim. verbo Cautio, de pignoriis.* Si roges, an hæres cautionem usufructuario remittere queat? Quidam negant. Sed dicendum ex illo, posse. *Glossa in l. c. de Usufructu,* & *Glossa in cap. ultim. de Pignoriis.* Et ratio est, quia sibi tantum hæres, non alteri noceret.

Octauo quaeritur, Quid sentiendum, quando vir vxorem usufructuariam relinquit, & simul cauet ne eam hæres vexet, alioqui hæreditatem amittat, non exprimendo eum tunc hæreditas deferatur? Respondeo, si vxor relicta fuerit usufructuaria omnium bonorum, ei debere omniam bonam consubstantiam, vt oleum, vinum, frumentum: cautionem tamen dare vxor debet, quæ promittat se reddituram eorum bonorum estimationem. *l. Si vni. ff. de Usufructu earum vxorum, quæ vtu consumuntur.* quæ promittat se vltimam reliquiam bonis arbitratu boni viri. *l. i. ff. Usufructuarius quemadmodum cauere.* Item vxor ab hærede vexari intelligitur, quando aliquid hæres facit contra ius, vt si coram Iudice eam turbet, non autem si idoneam cautionem petat ab eo. Et tunc quando vexat, hæreditas debetur substituto, siue alteri, non ipsi vxori. Quod si substitutum, vel alterum hæredem non reliquerit maritus, debetur hæreditas his, qui veniunt ab intestato. *Baldus in l. c. de Legibus,* & *Bartolus in l. Paterfamilias testamento. ff. de hæredib. instituenti.* Quæres, an tunc ipso iure hæres pignatur hæreditate iam quaesita? *Bartolus in l. Paterfamilias, modo citata* censet, non pignari ipso iure, quia ex quo institutus est hæres, & hæreditatem adiuuit, non potest hæres esse desinere. *l. Esi sine. §. Sed quod Pappianus. ff. de Minorib.* Vnde qui fideicommissam habet hæreditatem, debet eam tibi hæredi restituere. *Baldus tamen l. c. de Legat.* sentit esse ipso iure priuatum. Sed verius est quod Bartolus sentit, vt dicit *Alexander in l. Paterfamilias supradicta.* & Syluester in *verbo Usufructus, questio. 13. vers. 4.* Sin autem maritus reliquerit vxorem dominam, & usufructuariam omnium bonorum suorum, quamdiu in viduitate vixerit, tunc si ad secundas nuptias transierit, usufructum, & dominum amittit, quia non impleuit conditionem.

Dubie verò quaestionis est, An si maritus in testamento dixerit, Relinquo vxori meæ usufructum omnium bonorum, si castè vixerit, amittat usufructum, si secundo nupserit? Ratio dubitandi est, quia non videtur à conditione recedere, quia secundæ nuptiæ licite sunt, & castæ. De hac quaestione Syluester in *verbo Legatum. i. questio. 5.* Sunt varæ opinioniones. *Angelus in Institut. de iustitia, & iure. §. Iuris præcepta,* affirmat, eam usufructum amittere, quia talia verba, cum in testamento mariti ponuntur, vel filij, idem valent, ac si diceretur, (dummodo secundo viro non nupserit.) Secus verò, si verba fuerint, vel statuti, vel patris, aut matris, aut alie-

eius consanguinei, vel extranei. Ratio vtriusque, inquit ille, est, quia maritus, vel filius curant maxime ne vxor, vel mater secundas nuptias inuent, quod ceteri non adeo curare solent. Olearius, teste Syluestro censet: Si testator sit rudis, & vulgaris, vel simplex, tunc verba habent sensum: Si secundum matrimonium non contraxerit, quia bona fide putat a secundis nuptiis castitatem abesse. Secus esset, si vir ellet prudens, & doctus, is enim nouit secundum coniugium esse licitum, & castum. Alij vero distinguunt: Aut secundum consuetudinem patrie, vel gentis talia verba idem sonant, quod (dummodo ad secundas nuptias non se conferat,) & tunc, lectis faciendi, vsumfructum amittit: Aut significant: (dummodo castitatem lege Decalogi praeceptam, feruet, Exodi 20.) & tunc vsumfructum retinet iura conscientia. Bartolus in l. Mulier. §. Cum proponeretur. ff. Ad Senatusconsultum Trebell. Panorimitanus in cap. Vt clericus, De vita, & honestate Clericorum. Meo iudicio, communi vtu loquendi, talia verba significant: dummodo in castitate, viduitate, & permantenti.

In dubium etiam vocatur, Quid valeant illa verba: Relinquo vxorem meam dominam, & vsumfructuam omnium bonorum meorum? Ratio dubitandi est, quia secum pugnant duo illa verba: (Domina, & vsumfructuaria) cum nemo possit esse dominus, & vsumfructuarius. l. Vri frui, ff. Si vsumfructus petatur, & l. i. ff. de Senatusconsulto Syllaniano, vbi dicitur, domini appellatione non contineri eum, qui solum vsumfructum habuit. Bartolus in l. Titia. §. Titia. ff. de Locat. dicit, nomen, (Domina) non continere dominum rei, sed auctoritatem quandam, quam vxor in domum, & familiam habere conseruet ante mortem mariti. Id probat ex l. i. Cod. Rerum amotarum, & l. i. §. Si vir. ff. Senatusconsulto Syllaniano: ex quibus legibus patet vxores communi vtu loquendi dici in domo, vel familia dominas. Id etiam inde probat, quod testator alium heredem instituit, qui filius facit, tunc, inquit Bartolus, in nomine (vsumfructuaria) solum alimenta continentur. Si autem fuerit extraneus, continetur vsumfructus omnium bonorum.

Quid si filius sit haeres institutus extraneo substituto, & vxore domina, vsumfructuariaque relicta, & hereditas ad substitutum deueniat? Respondet Bartolus, vxori debent vsumfructum, si substitutus fuerit vulgaris: at in substitutione pupillari debent tantum alimenta, quia filius fuit haeres patris, & ideo legatum ex persona filij capere vires habere, & substitutus non plus debet vxori, quam pupillus. l. Qui fundum. §. Qui filium. ff. Ad legem Falcidiam. Quod si maritus in testamento ita dixerit: Volo ut mea vxor vsumfructum habeat, & declaro meam voluntatem esse, ut non solum habeat alimenta, sed etiam vsumfructum omnium bonorum meorum, & existans filius, tunc deducto vsumfructu legitime portio nis filiorum habet vsumfructum aliorum bonorum. Authent. de Triente, & semisse. §. Si prohibemus, Collation. 3. & l. Vxori mea. ff. de Vusufructu legat. Idem iuris est, si dixerit: Relinquo vxori meae verum, & plenum vsumfructum, quibus verbis modo vt conseruetur Tabelliones. Quid si ita loquatur: Relinquo vxorem meam, vsumfructuam omnium bonorum meorum, filiis superstitibus? Respondet, vxori alimenta debent, dum filij vixerint, iis vero demortuis, vsumfructum omnium bonorum, & teste Bartolo, etiam proprietatem. Id vero ille colligit ex l. Sicut in annos. ff. Quibus modis vsumfructus amittitur.

Nono quaeritur, Quid sit iudicandum, cum testator dicit. Relinquo Titio certum fundum, vt eo vtatur, & fruatur? Teste Capolla in Tractatu de Seruitutibus, tunc censetur relicta proprietates fundi. Idem, inquit, iuris est, si dixerit, Relinquo Titio certum fundum, vt eo gaudeat. Id probat ex l. Proculus. ff. de Vusufructu. At Glolla ibi dicit.

Instit. Moral. Pars 3.

Legavit Titio testator vsumfructum domus, ea conditione, si promiserit haeredi per ipsum, non fore, quod alius ea aedificia tollantur, vel: Legavit his verbis: vsumfructum certae domus Titio, quo ad alius, quam vii nunc est, aedificata non erit; intelligitur legata proprietates legato vsumfructu: quoniam prohibitio illa, ne Titius alius tollat aedificium, valet in eo, cui est legata proprietates; in fructuatio non item, quia fructuario non licet, etiam si non prohibeatur expresse alius tollere aedificium. Par ratione cum relicta est Titio pecunia, ita vt post mortem legatarij ad Caium rediret, quamquam adscriptum sit, vt vsum eius Titius haberet; proprietates tamen ei legata intelligitur, quia apposta est conditio, vt restituit post mortem. l. vltima. ff. de vsumfructu earum rerum, quae vsum consumuntur. Idem iuris est, cum quis legavit certam vas auream, & argenteam Caio, ea conditione, vt post mortem suam reddat ea Seio, quamuis legando dixerit: Harum rerum vsumfructus, cum viues tibi sufficet, proprietates tamen legata existimatur, quia legate sunt res addito onere fidei commissi. l. Species. ff. de Auro, & argento legatu.

Decimo quaeritur, An si quis legauerit alteri annuos fructus certi fundi, intelligatur legasse vsumfructum? Quod est quaerere, an legato annuo fructu ceaseatur legatus vsumfructus: In l. Si quis ita legavit. ff. de Vusufructu, dicitur: Si quis ita legauerit, Fructus annuos fundi Corneliani Caio, Maximo do, lego: perinde accipi debet hic sermo, ac si vsumfructus fundi legatus esset. Sic ibi. At si quis legauerit ex redditu vsumfructum fundi, non legat nisi partem fructuum. l. de Fructu, §. Sempronio. ff. de Vusufructu. & l. Fundi Trebatiani. ff. de Vusufructu legat. Nam si testator dixerit: Dari volo Caio annuos fructus fundi Corneliani, non videtur vsumfructum legare: quia in illis verbis, (dari volo,) significat se velle, vt haeres sit dominus fundi, & eos fructus praestet, non vt Caius legatarius per ipsum percipiat. l. In singulis. & l. Caius Seius. ff. de Annu. legat. & l. Patrimony. ff. de Vusufructu legat.

Vndecimo quaeritur, An is qui legavit habitationem, vel vsumfructum habitaculi vxori, (quod idem est l. Cum antequitus. C. de Vsu & habitatione,) & in eodem testamento legavit eam domum alteri, adempte videatur vxori praedictum legatum? Respondeo cum Bartolo in l. Desponsa. §. Sempronio. ff. de Vusufructu legato, minime. Nam vt in ea lege dicitur: Per legatum proprietates non derogatur generali legato habitationis, vel vsumfructus. Vnde quotidie relinquuntur praedia pluribus, & postea dicit testator legare se vsumfructum vxori.

Duodecimo quaeritur, Quid dicendum, cum quis vni legavit vsum certae rei, & alteri vsumfructum in eadem re? Respondeo, vtrumque in vsum concurrere. l. Si alij. ff. de Vusufructu: quia qui habet vsumfructum, habet simul & vsum, quamuis habens vsum, non habeat etiam vsumfructum: Vnus enim est certa pars vsumfructus.

Tertiodecimo quaeritur, An vsumfructu legato, grauari queat legitima portio haeredis? Respondeo, minime nec quod attinet ad proprietatem, nec vsumfructum. l. Quoniam. C. de Inoffic. testament. Idem iuris est de Trebellianica legitima portione, quae debetur haeredi instituto: quia detrahet haeres de tali vsumfructu legato, nisi fuerit ipse haeres, cui est vsumfructus legatus. l. Vxori. l. Omnium.

l. Si mihi. & tibi. ff. De vsumfructu legatu.

De Vsu.

CAPVT XXX.

LIBRO VII. Digestorum Titulus octauus ordine hic est: De Vsu, & Habitatione. Vbi nomine Vsu, & Habitationis intelligitur ius vtendi re, salua eius substantia, & ius habitandi in domo.

Primò, quæstionis dubiæ est, quid leges, & iura in vsu, & habitatione comprehendant? In l. i. ff. de Vsu, & habitatione, Causa ait: [Constitutur & ius vsus, id est, sine fructu, qui & ipse eisdem constitui solet, quibus & vsus fructus.] Et Vlpianus in l. sequenti. cui vsus. ff. Eodem Titulo sic habet: [Cui vsus relictus est, vti potest, frui verò non potest. Domus vsus, aut est relictus marito, aut mulieri, si marito, potest illic habitare: nec solus, verum cum familia quoque sua. An etiam cum liberis, fuit quæstionis: Et Celsus scripsit, etiam cum liberis posse hospitium quoque recipere: quam sententiam, & Tubero prebat. Sed an, & inquilinum recipere possit, apud Labeonem memini tractatum. Et ait Labeo, eum, qui ipse habitat, inquilinum posse recipere, item, & hospitem, & liberos suos.] Et subiicit Paulus in lege sequente, sed & clientes ceterum. ff. Eodem Titulo Item Vlpianus: [Mulieri, inquit, si vsus relictus sit, posse eam, & cum marito habitare, Q. Mutius primus admittit, nè ei matrimonio carendum foret, cum vii vult domo. Nam per contrarium, quia vxor cum marito possit, dubitatum fuit. Quid ergo si vidua legatus sit, an nuptis contractis, post vltimum constitutum, mulier habitare cum marito possit, Et verum est, & hoc amplius Pomponius ait, & cum socio habitaturam.] Et in l. Non solum. ff. Eodem Titulo. idem Vlpianus: [Non solum cum marito, sed & cum liberis, libertisque habitare, & cum parentibus poterit. Et huc vsque erit procedendum, vt eisdem, quos masculi recipere, & mulieres possint.] Et in l. Non aliter. ff. Eodem Titulo. Pomponius subiicit: [Non aliter autem mulier hospitem recipere potest, quam si is sit, qui honeste cum ea, quæ vltimum habet, habitaturus sit.] Et in l. Ceterum. ff. Eodem Titulo. [Ceterum quoque, inquit, rerum vsu legato, dicendum est, vxorem cum viro in promiscuo vsu eas res habere posse.] Quid si mulieri legatus sit vsus fructus ædium eâ conditione, si à viro diuertisset? Respondet Vlpianus in l. Sed neque. ff. Eodem Titulo, remittendam ei esse conditionem, & cum viro habitaturam, Pomponius probat. Idem habetur in l. Reprehendenda. C. de Institut. & substitut.

Secundò quæritur, Quid intelligatur, si habitatio legetur alicui, etiam de perinde, ac si ei vsus legetur? Respondet Vlpianus in l. Si habitatio. ff. de Vsu, & habitatio. effectum quidem idem penè esse legatum, & vsus, & habitationis. Denique donare non poterit: sed eas personas recipiet, quas & vsuarius. Ad hæredem tamen nec ipsa transit, nec nou vtendo amittitur: nec capitis diminutione. Si quæras an is, cui legatur habitatio, locare possit ædes, in quibus ei habitatio est legata? Respondet Glossa ibidem, posse, in quo, inquit, distinguitur habitatio legata ab vsu ædium legato: quod is, cui legatur habitatio, potest eas locare, non autem is, cui legatus est ædium vsus: quod probat ex l. Sed neque. ff. Eod. Titulo.

Tertiò quæritur, An cum habitatio legetur alicui, intelligatur vnus anni esse habitatio, an vsque ad mortem? Respondet idem Vlpianus in l. Si habitatio, modo citata, ff. Vtrum ff. Vtrum autem, inquit, vnus anni sit habitatio, an vsque ad vitam, apud veteres quæsitum est, & Rutilius, do nec viuat, habitationem competere ait: quam sententiam, & Celsus probat.]

Quarto quæritur, Quid continetur in legato, quo legetur alicui vsus fundi? Respondet idem Vlpianus in l. Si habitatio, ff. Si vsus fundi, cum habitare in fundo posse, dominumque prohiberi illò venire, sed colonum non pro-

hibitum, nec familiam, scilicet eam, quæ agri colendi causa illic sit. Ceterum si vrbanaam familiam illo mittat: quæ ratione ipse prohibetur, & familiam prohibendam, eisdem rationis esse. Idem Labeo ait, & cella vinaria, & olearia eum solum vsurum, dominum verò inuito eo nõ vsurum.] Et Caius in l. Denique in eo fundo, sequenti subiicit: [Denique, in eo fundo ei hæcenus morari licet, vt neque domino fundi molestus sit, neque his, per quos opera rustica fiunt, impedimento: sed nec vili alij ius quod habet, aut vendere, aut locare, aut gratis concedere potest.] Et Vlpianus in l. Plenum. ff. eod. Tit. [Præter habitationem, inquit, quam habet is, cui vsus datus est, deambulandi quoque & gestandi ius habebit. Sabini, & Cassius scribunt, & lignis ad vltimum quotidianum, & horto, & pomis, & oletibus, & floribus, & aquâ vsurum, non vsque ad compendium, sed ad vltimum, non ad abutsum. Idem Nertius: & adiect, vsurum: sed neque folijs, neque oleo, neque frumento, neque frugibus vsurum.] Et paulo inferius ait: [Etiam cum conuiuis, & hospitibus poterit vti: aliquando etiam largius cum vsuario agendum est pro dignitate, cui relictus est vsus: sed vtetur his duntaxat in villa: pomis autem, & oleis, & floribus, & lignis videndum vtrum eodem loco vtatur duntaxat, an etiam in oppidum ei deserti possint. Sed melius est accipere, & in oppidum deserta.]

Quinto quæritur, Quid veniat nomine vsus, cum alicui relictus est vsus pecoris? Respondet idem Vlpianus ff. Sed & si pecoris. cum ad serueturandum grege vsurum duntaxat, non lana, neque lacte, neque aguis, quia hæc magis in fructu sunt, quam vsus modico lacte vsurum eum putat. Neque enim, inquit, tam stricte interpretandæ sunt voluntates defunctorum. Quid autem, si vsus bouum sit legatus alicui. Respondet eodem in loco idem Vlpianus hunc in modum: [Sed si bouum armenum vsus relinquatur alicui, is omnem vltimum habebit, & ad arandum, & ad cetera, ad quæ boues apti sunt.]

Sextò quæritur, Quid intelligatur, si vsus serui legetur alicui? Respondet cum eodem Vlpiano ibidem. ff. & quiq. [Si vsus ministerij alicui fuerit relictus, ad iuui, ministerium vtetur, & liberorum, coniugisque: nec videbitur alij concessisse, si simul cum ipsis vltimum, quamquam, si filio familias vsus serui sit relictus, vel seruo: patri, dominòve acquisitus, in ipsius duntaxat vltimum exigatur, non etiam eorum, qui sunt in potestate. Operas autem serui vltimum non locabit, neque alij vtendas concedet. Si tamen fundum conduxerit quis, vsuarius ibi poterit operari. Quare si quis quis lanam conduxerit expediendam, poterit per vsuarias ancillas opus perficere. Itemque si vestimenta texenda rece-merit, vel infulam, vel nauem fabricandam, poterit ad operis hoc vti vltimum.] Aliud enim est ex operis seruis mercedem capere, hoc est, operas eius locare, aliud verò est, opus quod quis conduxit, expediendum perficere per seruum vltimum.

Septimò quæritur, An per seruum vsuarium aliquid domino acquiratur? Respondet in l. Per seruum, de vsu, & habitatio. verba Vlpiani esse huiusmodi: [Per seruum vsuarium si stipulet, vel per traditionem accipiam: An acquiram, quæritur, si ex re mea, vel ex operis eius? Esti quidem ex operis eius, non valebit, quoniam nec locare eius operas possimus. Sed si ex re mea, dicimus, seruum vsuarium stipulantem, vel per traditionem recipientem mihi acquirere, cum hac opera eius vtar.]

Octauò quæritur, Quid dicendum, si Titio vsu legato, legetur fructus? Respondet Paulus in l. Sed si de fructu. ff. de vsu, & habitatio. confundi fructum cum vltimum. Et subiicit: [Si tibi vsus, mihi fructus legetur, concurrere nos in vltimum solum fructum habitatum. Poterit autem apud alium esse vsus: apud alium fructus sine vltimum apud alium proprietatis, veluti si is qui habet fundum, vltimum Titio legerit: mox hæres eius tibi fructum legauerit, vel alio modo constituerit.] Sic ibi.

Nonò quæritur, An valeat legatum, si vsus ædium filio familias, & seruo legetur? Respondet cum Africano in l.

Filio familias. ff. eod. Tit. [Filio familias, vel seruo ædium vfu legato, & vile legatum esse existimo, & eodem modo perfectionem eius competituram, quo competeret, si fructus quoque legatus esset. Itaque non minus absente, quam præsentem Filio, seruo, pater dominusve in his ædibus habitabit.]

Decimo quaeritur, An vſus ex parte legari possit, hoc est, an sit seruitus indiuidua, quæ diuidi nequeat? Respondet Paulus in *l. vſus pars. ff. eodem Tit.* [Vſus pars legari non potest: nam stui quidem pro parte possumus, vt pro parte non possumus.]

Vndecimo quaeritur, An vſus aquæ transeat ad heredem vsuarij? Respondeo, minime. In *l. vſus aquæ. ff. eodem Tit.* Modestini verba sunt: [Vſus aquæ personalis est: & ideo ad heredem vsuarij transmitti non potest.] Sic ille. Porro vſus aquæ consistit in hoc, vt ego bibam, & habeam, quantum opus est mihi ad vſum quotidianum, etiam si necesse sit, vt in ædibus meis lauer.

Duodecimo, An si alicui legatur vſus syluæ, vsuario liceat syluam exd ere? In *l. diuus. ff. eodem Tit.* Imperator Adrianus, teste Pomponio, cum quibusdam vſus syluæ legatus esset, statuit, fructum quoque eis legatum videri: quia nisi liceret legataris syluam exd ere, & vendere, quemadmodum fructuaris licet, nihil habituri essent ex eo legato.

De Possessione rerum acquirenda, retinenda, vel amittenda.

CAP. XXXI

POSSESSIO ad acquirendum rerum dominium requiritur, & pleni dominij pars habetur: ideoque de possessione disputandum mihi est. Et quamuis a possessione dominij incipiat, & possessio naturæ ordine sit dominij prior, ordine tamen disciplinæ posterior est, eò quòd dominium sit nobis possessioe nouus. Vnde libro 12. Digestorum, primus Titulus est; *de Acquirendo rerum dominio*: & secundus, *de Retinenda, vel Amittenda rerum possessione*. Porro tota de possessione tractatio in tribus consistit, his nempe, quando possessio acquiritur: quomodo retineatur, & quomodo amittatur.

Primo quaeritur, Vnde appellata sit possessio? In *l. ff. de Acquirend. poss.* [Possessio, inquit Paulus, appellata est, a pedibus, vel (vt codices emendatores habent) a sedibus, quasi pedum, vel sedium positio; quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei insitit.] Sic ille. Præcipuus enim actus, quo rei corporalis immobilis possessionem nascimur, est pedum, vel sedium in ea re positio. Nam apud veteres res immobilis, vt fundus, possideri incipiebat, quia pes, vel sedes quis in ea re ponebat. Vnde quidam existimant, ideo dictam esse possessionem, quasi pedis positionem: sed dicendum est, in *l. ff. de Acquirend. poss.* solum significari, vocatam esse possessionem, quasi positionem sedium: possidere, quasi ponere sedes.

Secundo quaeritur, Quid sit possessio? Iuris ciuils interpretes difficile esse dicunt, possessionem exactè definire. Quidam, vt testatur Glossa in *l. ff. eodem Titul. in verbo (A pedibus)* definerunt sic: [Possessio est ius retinendi rem, vel, ius rei resistendi.] Sed has definitiones alij minime probant, quia possessio potius est facti, quam iuris. *l. ff. de Acquirend. poss. ff. eod. Titul. azo, & Hostienis in summa. Titul. de Acquirend. poss.* definiunt sic; [Possessio est retentio rei corporalis, corporis, animi, & iuris adminiculo concurrente.] Hanc definitionem etiam Bartolus, Paulus, Aretinus, Cumanus non valde probant, communiter tamen cæteri recipiunt.

Dicitur (Rei corporalis) quia incorporalia propriè non possidentur. *l. Possideri in principio. ff. eod. Tit.* Et *l. Sequitur. ff. Si vnam. ff. de Vſucapionib.* Vnde incorporalia, qualia sunt iura, seruitutes, & redditus annui, quasi possideri dicuntur à iuris ciuils, & canonici interpretibus.

(Corporis & animi) videlicet adminiculo: quia in *l. Possideri, in principio. ff. eodem Titul.* Paulus ait: [Adipiscimus possessionem corpore, & animo: neque per se animo, aut per se corpore.] Et in *l. Neratius*, idem Paulus sic habet: [Neratius, & Proculus solo animo non posse nos acquirere possessionem, aiunt, si non antecedat naturalis possessio. Apprehendimus possessionem aliquo corporis actu, videlicet, manu, visu, vel pedum immisione in rem, & voluntate rem illam habendi, vt nostram.]

(Iuris adminiculo) quia nemo intelligitur possidere, si ius prohibeat. Vnde quamuis laicus rei sacre possessionem corpore, & animo apprehendat: non tamen possidet, quia talem possessionem ius prohibet. *l. Qui vniuersus. ff. de i. eodem Titul.* Si quis itidem rei immobilis possessionem absente domino apprehendat corpore, non dicitur possidere, quia ius vetat, nè plures eandem rem in solidum possideant. *l. Possideri. ff. Ex contrario. ff. eodem Titul.* Paulus ait: [Ex contrario plures eandem rem in solidum possidere non possunt. Contra naturam quippe est, vt cum aliquid ego teneam, tu quoque id tenere videaris.]

Tertio quaeritur, Quotupliciter diuidi queat possessio? Respondeo, multipliciter: Primo, possessio diuiditur in naturalem, ciuilem, & mistam. Naturalis dicitur, cum quis corpore quidem, hoc est, manibus, aut pedibus, sed tamen aut iniuste, aut non accommodatè ad iuris ciuils rationem rem aliquam tenet iniuste, vt qui liberum hominem vinxit. *l. Cum heredes. ff. de Acquirend. poss.* qui vi possessionem inuadit. *l. ff. de vi, & vi armata, vxor, cui constante matrimonio manus (quod prohibitum est) donauit. l. Si enim. ff. de Donat. inter virum & vxor. l. i. ff. de Vxor. ff. de acquir. poss. l. Nec vllam. ff. de petiti. hered.* Non accommodatè ad iuris ciuils rationem, hoc est, vtiliter ad vſucapionem: vt coloni, inquilini, fructuarij, depositarij, commodatarij, emphyteoticarij, feudatarij, conductores. *l. Communi. ff. de Communi. diuidun. l. 2. ff. Pro herede.* Nam hi omnes vique adeò ciuiler non possident, vt perituncque in iure dicantur non possidere, quod tamen intelligendum est, eos non possidere ciuiler. *l. Sciendum est. ff. de creditor. ff. Qui satisdare coguntur. l. Si seruus depositus. ff. de Noxal. act. l. 1. C. Communia de Vſu. l. Certe. ff. de Precario.* Ciuils possessio dicitur, cum quis non quidem corpore, sed animo, & accommodatè ad vſucapiendi finem possidet: veluti debitor, qui pignus creditori dedit. *l. Serui. ff. de Vſucap. l. Qui pignoris. l. ff. de Acquirend. poss.* Item qui ab hostibus captus est. *l. In bello. ff. de Capti. & postlim.* Mistra possessio est, quam quis, & corpore, & animo iuste, & contemneret iuri ciuili habet.

Secundo diuiditur possessio, in vacuam, & non vacuam. Vacua possessio est, quando res, nec animo, nec corpore, alicuius tenetur, vt ostendit exemplis Accerthus in *l. vltim. in verbo vacuam. C. Vnde vi, & l. Non idcirco, in verbo vacuam. C. de Fide instrumento. & l. Improbata, in verbo, in vacuam. ff. de Acquirend. poss.* Huius generis sunt possessiones honorum vacantium: *l. 4. C. de Bonis vacantib.* & delictorū. *C. de omni agro. de seruis item eorum, que nullius sunt, & sunt primi occupantis. l. ff. de Acquirend. rer. domin.* Possessio non vacua est, cum quis animo, vel corpore rem habet.

Tertio diuiditur possessio: nam vel est cum titulo, vel sine titulo. Cum titulo est, quando quis possidet ex vendito, permutato, donato, ex testamento, vel ex alio contractu, vel quasi contractu. Sine titulo est, quando quis possidet rem sine iure.

Quarto, Possessio est, aut cum bona fide, aut cum mala fide. Cum bona fide possessio est, quando quis iusto errore ductus rem habet cognitione, & opinione domini, cum non sit dominus: Cum mala fide possessio est, quando quis sciens se non esse dominum, perinde se gerit, ac si dominus rei esset.

Quarto diuidi solet possessio in coloratam, & veram. coloratam appellat Panormitanus in cap. *Cum nostra, de concess. prebend. post Calderianum, Antonium, & alios*, quando quis beneficium Ecclesiasticum habet ab eo, qui ius obtinet conferendi, sed adeo iure non valuit. Vera est, cum quis iure rem possidet.

Sexto: Possessio, aut est violenta, aut clandestina, quando quis videlicet, aut vi, aut clam rem possidet.

Quarto quæritur, Quot modis aliquis dicatur possidere? Communis est sententia, rem corporalem possideri dupliciter, vel naturaliter, vel ciuilitur. Naturaliter quidem possidet quis, quatenus re ipsa insit in eo, quod possidet. Ciuilitur verò, quatenus animo, & voluntate in rei possessione insit, veluti quis etiam dum dormit, intelligitur in rei possessione persistere. Dum quis itidem est absens, dicitur res suas possidere, quia animo, & voluntate eas, pro derelictis non habet, nec ab eis recedit.

Dubie quæstionis est apud iuris ciuilibus interpretes, An naturalis, & ciuilibus possessio, sint duæ possessiones re distinctæ, an vna tantum, quæ mutatis modo, formâ, & ratione duæ. Couarr. in Reg. Possessor. part. 1. initio. numer. 4. C. 3. censet vnam esse possessionem: sed ratione, qualitate, & modo possidendi distinctam. Nam cum quis corpora tantum tenet, detentionem rei, vsuque eius percipit pro domino, re, vel opinione, hoc est, quia dominus est, vel quia se dominum credit, naturaliter possidet dicitur. Si verò quis non insit ipsi rei, neque vsu percipiat, sed solo animo, & voluntate, tunc ciuilitur secundum leges, & iura possidet: quæ ratione per fructuarium, colonum, & inquilinum, seruum, filium familias, procuratorem, depositarium, commodatarium, & cum, qui precario rem nostram habet, possidemus. *l. Certe, §. 1. ff. de Precario*. Et quamuis ipsi naturaliter fundo insit, ciuilitur tamen non possident, quia nostro, non suo nomine. *l. §. vlt. ff. de operis noui nunciat.*

Dux fuerunt, vt refert Glossa in *l. Licet possessio. C. de acquirend. possess.* inter iuris ciuilibus interpretes, sententia. Nam Placentinus, & Azo dixerunt, vnam quidem possessionem, sed duos modos possidendi. Aut enim ciuilitur, aut naturaliter rem possidemus. Albericus autem, Hugolinus, & Ioannes senserunt, duas esse possessiones; vnam Naturalem, quæ dicitur corporalis; alteram Ciuilem, quæ iure consistit. Couarruias loco citato testatur, plerisque iuris interpretes sensisse, veritorem esse primam sententiam. Quidquid sit in *l. Nemo ambigit. Cod. de Acquirend. possessione* habetur sic: [Nemo ambigit, possessionis duplicem esse rationem: aliam, quæ iure consistit, aliam quæ corpore, vtramque autem esse legitimam.] Dicitur vtraque esse legitima, quia vtraque legibus, & interdictis possessoris defenditur. Ciuilibis est, quæ prouenit ex iusta causa acquirendi dominij ab eo, qui se dominum credit: talis est possessio bonâ fide apprehensa. Dominus item rei ciuilitur eam possidet. Naturalis est, quæ solo corpore consistit, non iure dominij, Naturaliter etiam possidet, qui vi, aut clam, aut precario possidet, & insit rei mex, eique aduersus alios competit interdictionum, vti possidetis, & vnde *l. 1. §. Qui à matre. ff. vnde vi*. Ciuilibis possessio talis est, vt per eam quis possit rei dominium acquirere, & rem possessam vsurpare, Couarruias loco citato. Cuiusmodi est possessio bonâ fide obta. Item qui ciuilitur possidet, rei possessa fructus percipit. Naturalis possessio apta est ad producendos ciuiles effectus alienius iuris à vero dominio separato. Dicitur (apta est) quia non est necesse, vt res actu producat, nec vt omnis possessio naturalis res producere queat: nam possessor malæ fidei ad eos effectus peruenire non potest. Qui naturaliter possidet, vsucapere non potest, etiam si licet possideat: depositarius, commodatarius, & qui rem precario habet, naturaliter possident, & vsurpare nequeunt, quia tenent rem esse alienius. Fructuarium item rem naturaliter possidet. *l. Naturaliter. ff. de Acqui-*

rend. possessio. sed vsucapere nequit, quia scit rem esse alienam.

Quinto quæritur, An solo animo, & voluntate possit acquiri possessio? Respondeo, non posse. *l. Possideri. §. Nerarius, C. l. Quomodo. ff. de Acquirend. possess.* & *l. Licet possessio. Cod. de Acquirend. possess.* Quid licet, si liceret, veram possessionem inde alterere, quod animo quis cogitaret, aut statuisset rem tenere? Quis non diceret, & ego animo cogitavi, & constitui hanc rem tenere?

Obijcies, si Titius rem suam deponit apud Caium, aut ei commodato, vel precario det, vel locet, & postea velit eam, vt Caius sibi habeat tanquam suam, & Caius id ratum habet, tunc Caius rem possidet ciuilitur, & naturaliter, at solo animo possessionem ciuilem acquirat. Respondeo, præcessisse in Caio actum corporis, quo cepit prius rem naturaliter possidere: ergo ciuilitur non possidet sine actu corporis antecedente. Secundo oppones, si Titius sit in fundo suo, & tamen nolit eum possidere, procius amittit possessionem. *l. Possideri. §. In amittenda. ff. de Acquirend. possessione* at si mutata voluntate velit possidere, recuperat eandem possessionem; ergo solo animo acquiritur possessio. Respondeo, Titium hunc solo animo ad fundum suum rediisse, sicut solo animo, non corpore à fundo suo decesserat: quare tunc non acquirat possessionem, sed redit ad eam solo animo, sicut ab eo sola voluntate recesserat. Tertio obijcies *l. In suis. §. 1. de lib. & posthum.* alius bonorum paternorum, ita vt mortuus est, sine aditione possessionem acquirat. Ergo solo animo potest acquiri possessio? Respondeo, potius tunc filium continuare possessionem, quam viuente parte habere ceperat, quam acquirere, sic ait Paulus in *l. 2. §. vltim. ff. Pro hærede*. vel vi legis possessionem bonorum paternorum ad hunc transferri. Nam in Gallia consuetudine generali dicitur esse receptum, vt omnes hæredes, non solum ij, qui in iure dicuntur sui, sine vlla corporali aditione possessionem hereditatis atque intelligantur morte testatoris, ita vt mortuus testator possessionem heredi dare videatur.

Sexto quæritur, An possessio plus facti, quam iuris habeat? hoc est, cum possessio, vt dixi, animo & corpore acquiratur. An plus habeat corporis, quod consistit, actu corporis, an plus iuris, quod est in corpore, & animo consistit? In *l. Denique. ff. Ex quibus causis maiores*, dicit Papinianus, [possessio autem plurimum facti habet.] In *l. Possessio. ff. de Acquirend. possess.* idem Papinianus ait [Quia non tam corporis, sed etiam iuris est.] Glossa in *l. 1. in verb. Possessionem. C. de Acquirend. possessione* ait sic: [possessio, quæ per procuratorem acquiratur, habet plurimum iuris, & modicum facti:] nam quæritur ignorantia. *l. 1. C. de Acquirend. possessione*. Item possessio, quæ per filium, vel seruum ex peculiari causa acquiratur, plus iuris, quam facti habet, quia quæritur etiam ignorantia. *l. Quidquid, C. l. Si me in vacuum. §. seruus. ff. de Acquirend. possess.* Item possessio, quæ modico actu corporis, vt aspectu, traditione clauum, vel instrumenti, appositione clauum, & aliis similibus actibus, de quibus dicam in capite proxime sequenti, plus iuris habet, quam facti. Et possessio, quæ per nos ipsos acquiratur, plus facti, quam iuris habet, quia tunc dominatur in ea actus corporis, quo acquiratur possessio.

Septimo quæritur, In quo differant tria hæc verba, habere, tenere, & possidere? Respondeo, habere, generale verbum esse; Tenere, facti; Possidere, iuris. Tenet tum liber homo, tum seruus naturaliter. Possidet ciuilitur solum liber homo. *l. Stipulatio ista. ff. de ver. oblig.*

Quo modo acquiratur Possessio.

CAPVT XXXII.

QUOT modis iure communi possessio acquiri possit Respondeo, acquiri iure per actum corporis; veluti cum pedes infero in fundum, vel cum ingredior domum, vel horreum: Iuris vero fictione acquiri sine apprehensione corporali multis modis, ut ostendit Glossa in l. Possideri, in verbo animo. ff. de Acquiren. possess. Et Glossa in cap. Ex literis, in verbo Signum, de consuetud. Et Panormitanus ibidem num. 9. Et seqq. Baldus, Et alij in l. Traditionibus. C. de Pactis.

Primo acquiritur possessio per solum aspectum. In l. Quod, §. Si venditorum, ff. de Acquiren. possess. Celsus ait: [Si venditorum, quod emerim, deponere in domo mea iusserim, possidere me certum est, quamquam id nemo attigerit: Aut si viciniam mihi fundum mercatum venditor ex me turre demonstrare, vacuumque possessionem se tradere dicat; non minus possidere expro, quam si pedem finibus intulisset.] Et in l. ff. eod. Tit. §. [Si iusserim, inquit, venditorum procuratori meo rem tradere, cum ea res in presentia sit, videri mihi traditam, Priscus ait: Idemque esse, si nummos debitorem iusserim dare alij. Non enim corpore, & actu necesse esse apprehendere possessionem, sed etiam oculis, & effectu: & argumento esse eas res, quae propter magnitudinem ponderis moueri non possunt, ut columnas: nam pro traditis haberi eas, si in presenti consenserim.] Sic ibi. Et tunc necesse est, ut res sit praesens oculis, siue visui, ita ut visu res ostendatur, & verbo tradatur, Panormitanus loco supra allegato.

Secundo, acquiritur possessio traditione clauium: ut si antiquus possessor praesenti re, videlicet horreo, domo, vbi vinum, oleum, triticum, aut quilibet alia res continetur, tradiderit clauis; eo ipso qui eas accipit, nascitur possessionem rerum mobilium, quae ibi continentur: quoniam in eo qui tradit clauis, est voluntas apprehendendi. l. Clauibus, ff. de Contrahen. empt. Baldus Et alij in l. Traditionibus. C. de Pactis, & l. r. §. Si iusserim, ad finem, ff. de Acquiren. poss. Pauli verba haec sunt: [Et vina tradita videri, cum clauis cellae vinariae emptori tradita fuerit.] Idem habetur in l. Quae ratione, §. Item quis merces, ff. de Acquiren. rerum dom. Et l. 2. C. de Periculo, Et commod. rei vendi. Et Instit. de Rerum diuis. §. Si quis merces. Opus tamen est, ut res ipsa, in qua includuntur res emptae, sit praesens, Panormitanus loco citato num. 12. & necesse est, ut sit traditio clauium ex iusta causa, videlicet, emptio, donationis, vel simili, quae facere possit ad dominium rei transferendum: nam si clauis tradantur solum causa custodiae, tunc nihil facit clauium traditio. l. Cum pater, §. Pater pluribus, ff. de Legatis. 2.

Tertio: Qui tradit instrumentum, tradere videtur possessionem venditae, vel donatae, vel legatae. In l. r. C. de Donat. verba sunt huiusmodi, [emptorum mancipiorum instrumentis donatis, & traditis, & ipsorum mancipiorum donationem, & traditionem facta intelligis: & ideo potes aduersus donatorem in rem actionem exercere] sic ibi. Hinc etiam necesse est, ut mancipia, vel aliae res venditae, vel donatae, vel legatae sint praesentes.

Quarto: Si possessor antiquus rem vendiderit, donauerit, vel legauerit, referret sibi usufructum, eo ipso videtur proprietatem tradidisse. l. Quisquis, C. de Donat. habetur sic: [Quisquis rem aliquam donando, vel in dotem dando, vel vendendo, usufructum eius renouerit, etiam si stipulatus non fuerit, eam continuo tradidisse credatur, nec quid amplius requiratur, quod magis videatur facta traditio.] Idem colligitur ex l. Si quis argentum, §. Sed si quidam, C. eod. Tit.

Quinto: Si quis rem suam tradiderit, donauerit, legauerit, vel in dotem dederit, & consisterit, possessorem euilidem rei nomine eius cui vendidit, donauit, vel legauit, eo ipso

tradidisse videtur possessionem, siue praesens res sit, siue non sit. l. Quadam mulier, ff. de Rei vendicat. Et l. Qui bona ff. de h. i. Et l. Interdum, §. ult. ff. de Acquiren. poss. Et l. Seruus emptor, ff. de Acquiren. poss. Vnde Tabelliones apponunt in instrumentis huiusmodi causam: Ut eo ipso transferatur rei possessio, immo etiam dominium: ita ut si postea venditor alteri vendiderit, vel donauerit rem, sit potius ius primi, quam secundi.

Sexto, Si rem tibi commodauerim, vel locauerim, vel apud te deposuerim, & deinde tibi vendiderim, vel donauerim, vel legauerim, eo ipso incipis possidere abique vlla alia traditione denuo facta. l. Siue autem, §. Si quis rem, ff. de Publicanis. l. Si certi conditio, §. ult. ff. Si certum peratur. Instit. de Rei diuis. Interdum, l. Non solum, §. Quod vulgo, ff. de Vtup.

Septimo, Quando venditor, vel donator concedit, ut custodiam adhibeat emptor, vel is cui donauit, eo ipso videtur tradere possessionem. In Quarundam, ff. de Acquiren. rer. dom. Iabolenus ait: [Quarundam rerum animo possessionem nos adipisci, ait Labeo, veluti si aceruum lignorum emere, & tollere eum venditor me iusserit: simul atque custodiam posuisset, traditus mihi videtur. Idem iuris esse, in vino vendito, cum vniuersa amphora vini simul essent. Sed videamus, inquit, ne haec ipsa corporalis traditio sit: quia nihil interest vtrum mihi, an & cui libet, cui iusserim, custodia tradatur. In eo puto hanc questionem consistere, An etiam si corpore aceruus, aut amphorae apprehensa non fuerit, nihilominus tradita mihi videantur. Nihil video interest, vtrum ego ipse aceruum, an mandato meo alius custodiat. Vtrobique enim animi quodam genere possessio erit estimanda.]

Octauo, Si voluntate venditoris emptor per se, vel per alium rem emptam signauerit, possessionem apprehendisse intelligitur: ut si Titius duas trabes ex multis emerit, vel duos boues ex armento, vel duas oues ex grege, & eas signauerit voluntate venditoris. l. Quod si neque, ff. de peric. Et comm. rei venditae.

Nono, Si Titius rem suam vendiderit, vel donauerit, vel legauerit, & expresserit se eam conducere ab eo, cui vendidit, vel donauit, vel legauit, eo ipso videtur possessionem tradidisse. l. Quod meo, Et l. Qui bona fide, Et l. Interdum, §. ult. ff. de Acquiren. poss.

Decimo, Si Domino sciente, nec contradicente post venditionem, vel donationem, emptor, vel is, cui donatio facta est, rem possideat, possessionem intelligitur acquirere. l. 2. C. de Acquiren. poss. In horum singulis, quamuis non sit actus corporis, quo possessionem apprehendimus, vel contractando manu, vel pedes inferendo in rem ipsam, est tamen quasi alterius actus, & ideo in singulis horum modorum dicitur possessio apprehendi ficta, siue iuris fictione, quia leges, & iura interpretantur talibus actibus possessionem traditam, & apprehensam teneri.

Per quas personas possimus possessionem acquirere.

CAPVT XXXIII.

IN l. r. §. Item acquirimus ff. de Acquiren. poss. Paulus ait: [Item acquirimus possessionem per seruum, aut filium, qui in nostra potestate est,] & in l. Generaliter, ff. eod. Tit. [Generaliter, inquit Caius, quilibet omnino nostro nomine, nobis volentibus, sit in possessione, veluti procurator, hospes, amicus, nos possidere videmus.] Et in l. Rem, idem Caius dicit: [Per seruum, vel filium, & huiusmodi personas acquiritur nobis possessio.] Et in l. Quod seruus, ff. eod. Tit. [Quod seruus tuus, ignorante te, ut possidet, id tu non possides; quoniam is, qui in tua potestate est, ignoranti tibi non corporalem possessionem, sed iustum potest acquirere; sicut id, quod ex peculio ad eum pertinet, possidet. Nam tunc per seruum Dominus quoque possi-

possidere dicitur, summa scilicet cum ratione: quia quod ex iusta causa corporaliter a seruo tenetur, id in peculio serui est: & peculium, quod seruus civiliter possidere non potest, sed naturaliter tenet, Dominus creditur possidere. Quod vero ex maleficijs apprehenderit, id ad Domini possessionem ideò non pertinet, quia nec peculij causa apprehenderit.

Secundo quaeritur, An per seruum, vel filium, qui in potestate nostra est, acquiratur iusta, & civilis possessio nobis ignorantibus? Acquiruntur. *l. 1. §. Item acquirimus. ff. de Acquirend. poss.* vbi sic legitur. [Acquirimus possessionem per seruum, aut filium, qui in nostra potestate est: & quidem earum rerum, quas peculiariter tenent, etiam ignoranter, &c. quia nostra voluntate intelliguntur possidere, quod eis peculium habere permiserimus. Igitur ex causa peculiaris, & infans, & furiosus acquirunt possessionem; & usufructum, & heres hereditarius seruus emat.] Sic ibi. Dubia quaestio est, An per liberum hominem, videlicet per procuratorem, possessio possit acquiri ignorantibus? Potest. *l. 1. C. de Acquirend. poss.*

Tertio quaeritur, An per eum, quem bona fide possidemus, vt seruum, possimus acquirere possessionem? Possimus, quamuis sit seruus alterius, vel sit homo liber. *l. Acquiruntur. ff. de Acquirend. re. poss. l. 1. §. Sed et per eum. ff. eod. Tit.* Et ibidem subiicitur: [Quod si mala fide eum possideamus, non puto acquiri nobis possessionem per eum, sed neg vero Domino, aut sibi acquirere possessionem, qui ab alio possidetur.]

Octauo quaeritur, An per eum seruum, in quo usufructum habemus, possessionem acquirere possimus? Possimus, eius rei videlicet, quae prouenit nobis ex operis ipsius, vel ex re nostra quam ipsum habere permitimus. *l. 1. §. Per eum. ff. de Acquirend. poss.* Nec refert, quod ipsum non possidemus, scilicet, vt interpretatur Glossa, civiliter, nam naturaliter possidemus. *l. Naturaliter. ff. eod. Tit.* quia nec filium possidemus, & tamen per ipsum potestatis possessionem acquirimus. Glossa in *l. 1. modo citata.*

Quinto quaeritur, An per seruum communem singuli Domini in solidum acquirant possessionem? Acquirunt, in *l. 1. §. Per communem. ff. eod. Tit.* Paulus ait: [Per communem seruum, sicut per proprium acquirimus possessionem etiam singuli in solidum, si hoc agat seruus, vt vni acquirat: sicut in dominio acquirendo.] Et in *§. Per procuratorem, in eadem lege*, habetur: [Per procuratorem, tutorem, curatoremque possessio nobis acquiruntur.] Quid autem, si seruum tuum possidere iubeas, & is eo animo intret in possessionem, vt nolit tibi, sed potius Tino acquirere? Respondeo, non esse tibi possessionem acquisitam. *l. 1. §. eod. Tit. §. Hae qua de seruis.*

Sexto quaeritur, Qualis debeat esse ille, per quem possessionem acquirimus? Respondet Paulus in *l. supra citata. §. Caserum*, [Ille per quem volumus possidere, talis esse debet, vt habeat intellectum possidendi. Et ideò si furiosum seruum miseris, vt possideas, nequaquam videris apprehendere possessionem. Quod si impuberem miseris ad possidendum, incipies possidere, sicut pupillus, (maximè tutore auctore) sibi acquirere possessionem.]

Septimo quaeritur, An per seruum, qui est in fuga, possessionem possimus acquirere. In *citato. §. Per seruum*, sic habetur, [per seruum, qui in fuga sit, nihil possimus possidere, Nerua filius, ait: Licet respondeatur, licet ab alio non possideatur, à nobis eum possideri: ideoque interim etiam usufructu. Sed utilitatis causa receptum est, vt impleatur usufructu, quamdiu nemo nactus sit eius possessionem. Possessionem autem per eum acquiri, sicut & per eos, quos in provincia habemus, Casij, & Iuliani sententia est.] Et in *l. per eum. ff. eod. Tit. dicitur*. [Per seruum in fuga agentem, si neque ab alio possideatur, neque se liberum esse credat, possessio nobis acquiruntur.]

Octauo quaeritur, An per eum, quem quis iusto errore ductus filium suum, & in sua potestate esse putat, possessionem acquirat? Respondeo, minime. *l. Per eum. ff. de Acquirend. poss.* sic habetur: [Per eum, quem iusto ductus erro-

re, filium meum, & in mea potestate esse existimo, neque possessio, neque dominium, neque quidquam aliud ex re mea mihi quaeritur.] Dices, per eum, quem bona fide possidemus, quamuis sit alienus, scilicet seruus, vel liber, possessionem acquirimus, vt habetur *l. 1. §. Sed et per eum. ff. de Acquirend. poss.* ergo, & per eum, quem bona fide credimus esse filium nostrum, & esse in nostra potestate. Respondeo, diuersam esse rationem, quae proponitur in *l. Iusto. ff. de Vsufructu. vbi sic dicitur*: [Iusto errore ductus, Titium filium meum, & in mea potestate esse existimauimus, cum arrogatio non iure interuenisset. Eum ex re mea mihi quaerere non existimo. Non enim, & constitutum est in hoc, quod in homine libero, qui mihi bona fide seruit, placuit. Ibi enim propter assiduum, & quotidianam comparationem seruorum ita constituitur, publice interluit. Nam frequenter ignorantia liberos emimus: non autem tam facili, & tam frequens adoptio, vel arrogatio filiorum est.] Quares, quando contingit, vt quis alienum, filium suum, & in sua potestate esse bona fide putet, & tamen per eum possessionem, aut dominium non acquirat? Respondeo, accidere, cum quis adoptat, vel arrogat filium, & ea adoptio, vel arrogatio iure non subsistit, quia non est facta coram Principe, vel Magistratu. Glossa in *l. Iusto. ff. de Vsufructu. in verbo. Iure.*

Quibus modis Possessio amittatur.

CAPVT XXXIV.

PRIMO amittimus possessionem rei, quam perdidimus, & ignoramus vbi sit. In *l. Si id, quod. ff. de Acquirend. poss.* dicitur: [Si id, quod possidemus, ita perdidimus, vt ignoremus vbi sit, desinimus possidere.]

Secundo, amittimus possessionem illius loci, quem flumen, aut mare occupauerit. *l. Possideri. §. Lateo. ff. de Acquirend. poss.*

Tertio, [Si rem apud te depositam furti faciendi causa contraclaueris, desino possidere: sed si eam loco non moueris, etiam si insidiandi animum habeas, plerique veterum, & Sabinus, & Cassius responderunt, recte possessionem meam mouere: quia furtum, sine contraclatione fieri non potest, nec animo solo furtum committitur.] Sic in *l. citata. §. Si rem.*

Quarto: [Si quis nuntiet domum à latronibus occupatam, & Dominus timore ceteritus nolent accedere, amississe eam possessionem, placet] ex eadem lege. *Possideri. §. Si quis nuntiet.*

Quinto, Si quis per vim à possessione deiciatur, eam amittit. *l. Rem. ff. de Acquirend. poss.* Quid si is, qui in potestate nostra est, furtiue rem nostram? Respondet Caius in *l. Rem modo citata*, non amittere nos possessionem, quando res surrepta apud ipsum est; [quia per huiusmodi personam acquiruntur nobis possessio. Et haec ratio est, quare videamur fugiuum seruum possidere, quod is quemadmodum aliarum rerum possessionem interuerrere non potest, ita nec suam quidem potest.]

Sexto quaeritur, An solo animo, & voluntate amittamus possessionem? In *l. Possideri. §. In amittenda. ff. de Acquirend. poss.* [In amittenda quoque, inquit, Paulus, possessione, affectio eius, qui possidet, intuetur est. Itaque si in fundo sis, & tamen nolis eum possidere, protinus amittes possessionem. Igitur amitti, & animo solo potest, quamuis acquiri non potest. Sed et si animo solo possideas, licet alius in fundo sis, adhuc tamen possides.] Obijciat aliquis, quod idem Paulus ait, in *l. Quemadmodum*, [nulla possessio acquiri, nisi animo, & corpore potest, ita nulla amittitur, nisi in qua vtrumque in contrarium actum est.] Respondeo, vtrumque in amittenda possessione esse necessarium, vt dicitur in *l. Quemadmodum, modo citata*. Et quod habetur in *l. Possideri, superius allegata*. [Si in fundo sis, & tamen nolis eum possidere, protinus amittens possessionem] intelligitur, protinus amittes, cum inde discesseris: vt quis desinat possidere rem immobilem, necesse est,

se est, vt nolit eam possidere, & eo animo ab ea digrediatur. Rem mobilem delinit quis possidere, si nolit eam possidere, & ea voluntate abiciat illam. Vnde in l. Peregre ff. de Acquirend. poss. §. Quibus explicatis, Papinianus ait: [Quibus explicatis, cum de amittenda possessione queritur, multum interesse dicam, per nosmetipsos, an per alios possideremus. Nam eius quidem, quod corpore nostro retinetur, possessionem amitti, vel animo, vel etiam corpore: Si modo eo animo inde digressi fuerimus, ne possideremus: Eius vero, quod serui, vel etiam coloni corpore possideretur, non aliter amitti possessionem, quam si eam alius ingressus fuisset: eamque amitti nobis quoque ignorantibus. Illa quoque amittende possessionis separatio est. Nam salus hybernos, & astituos, quorum possessio retinetur animo solo. Licet neque seruum, neque colonum ibi habeamus.] Et in l. Quamuis. 2. ff. Eod. Tit. idem Papinianus, sic habet: [Quamuis salus proposito possidendi fuerit alius ingressus, ingressus tamen, tamdiu priorem possidere dictum est, quamdiu possessionem ab alio occupatum ignoraret. Vt enim eodem modo vinculum obligationis soluitur, quo queri assolent, ita non debet ignoranti tolli possessio, que solo animo retinetur.]

Tertio queritur, quando amittamus possessionem animalium, & ceterarum rerum se mouentium? Respondeo ex Paulo in l. Possideri. §. Nerua. ff. Eod. Tit. excepto homine, res mobiles, aut se mouentes, quatenus sub custodia nostra sint, eatenus possideri, id est, quatenus, si velimus, earum naturalem possessionem nancisci possumus. Nam pecus simul atque abstraherit, aut vas ita excludit, vt non inueniatur, protinus definire à nobis possideri, licet à nullo possideatur, dissimiliter, atque si sub custodia mea sit, sed tantum cesset interim diligens inquisitio. Et in §. Item feras subijcit. [Item feras bestias, quas in vinaris includerimus, & pisces, quos in piscina collegerimus, à nobis possideri. sed eos pisces, qui in stagno sunt: aut feras, quæ in syluis circumseptis eugantur, à nobis non possideri: quoniam relictae sunt in libertate naturali. Alioqui etiam si quis syluam ement, videri eum omnes feras possidere, quod falsum est. Aues autem possidemus, quas inclusas habemus, aut si quæ mansuetæ factæ, custodiæ nostræ subiectæ sunt. Quidam autem recte putant, columbas quoque, quæ ab aedificijs nostris euolant, item apes, quæ ex alueis nostris euolant, & secundum consuetudinem redeunt, à nobis possideri.] Et in l. Si rem. ff. eod. Tit. idem Paulus ait. [Rerum mobilium neglecta atque omissa custodia, quomodo eas nemo alius inuenerit, veteris possessionis damnium afferre consuevit.] & paulo inferius. [Igitur earum rerum quidæ, quæ ratione, vel animo carent, consistunt amittitur possessio: hominis autem retinetur: si reuertendi animum habeat, quia potest homo proposito redeundi, Domino possessionem sui conseruare. Et in l. Possideri. §. [Si seruus, quem possidebam pro libero se gerere, vt fecit Spartacus, nec iudicium liberale pati paratus sit, non videbitur à Domino possideri, cui se aduersarium preparat. Sed hoc ita verum est, si diu in libertate moratur.] Et Glossa ibi exponit (*Diu*) hoc est decennio inter presentes, & viginti annis inter absentes. Serui quoque fugiuu si ab alio possideantur, possessio amittitur. l. Per eum. ff. eod. Tit. dicitur: [Per seruum in fuga agentem, si neque ab alio possideatur, neque se liberum esse credat, possessio nobis acquiritur.]

De Rerum Diuisione.

CAPVT XXXV.

EXPLICATA quantum potui breuiter, & clarè, ratione domini, proprietatis, vtilitatis, & possessionis, sequitur, vt diuisionem rerum, quæ in illis variæ sunt, recto ordine tradamus. Extat titulus in iure ciuili *De Rerum Diuisione*, qui est octauus in libro *Digestorum*, & primus in *Institutionibus Iustiniani libro secundo*.

Primo queritur, Quo modo res diuidantur? Res primo diuidantur: Aut enim sunt corporales, quæ sua natura tangi queunt, vt fundus, homo, vestis, aurum, argentum, & similes res: Aut sunt incorporales, quæ sua natura tangi non possunt; qualia sunt, quæ in iure consistunt, vt hereditas, vtilitatis, actiones, obligationes, seruitutes l. i. ff. de Rerum diuis.

Secundo diuidantur, Aut enim sunt Diuini iuris, aut Humani. l. i. ff. de Rerum diuis. Diuini iuris sunt, res sacre, religiose, sanctæ, & quæ nullus hominum in bonis sunt, sed Dei esse dicuntur, quia diuinis vtilibus deputatæ. Quæ vero sunt humani iuris, plerumque sunt in bonis alienis hominis, & quantum aliquando in nullius bonis sunt, possunt tamen esse: at quæ diuini iuris sunt, ea nec in alicuius hominis bonis sunt, nec possunt esse: vt colligitur ex l. i. ff. de Rerum diuis. §. ex Instit. de Rerum diuis. Nullius autem.

Res, quæ diuini iuris sunt, secundum ius ciuile aut sunt sacre, aut religiose, aut sanctæ. Sacre res apud Romanos olim habebantur, quæ publica auctoritate, videlicet Principis, aut Populi, per Pontifices consecrabantur; cuiusmodi erant apud Gentes, templa, seu delubra, hisque consecrata nemora, aut montes, aut luci.

Nunc verò apud Christianos nullus locus sacer habetur, nisi auctoritate Episcopi ad diuina destinatus. Talia sunt Cœmeteria, Oratoria, Hospitales domus, ades sacre, siue templa. Vnde nullus Ecclesiasticæ immunitate gaudet, nisi Episcopi auctoritate sit sacro vtili addictus, ac inaneptus: Ecclesiastica autem immunitas in eo consistit, vt locus sacer vendi, atque in vtilis profanos conuerti non possit: item vt in eo diuina exerceantur: demum vt qui eum in locum confugiunt, sint ab omni iudice profano, & seculari tuti, & securi.

Secundo queritur, Quot, & quæ requirantur, vt locus sacer habeatur? Respondeo, loca sacra apud Christianos dupliciter dici: alia enim sunt, quæ tantum Episcopali benedictione sacrantur, hoc est, quibusdam tantum precibus solemnibus ritu per Episcopum adhibitis. Alia verò dicuntur loca consecrata: quia non solum precibus, & ceremonijs ad vtilis sacros deputatur, sed etiam vntione cum oleo sancto: altaria, & templa, siue Ecclesia non solum benedictione pontificia, sed & consecratione sacra. Cœmeteria, quæ Christianorum sepulturis destinantur sacra habentur ex sola pontificia benedictione, non enim consecrantur, & ideo non sunt in bonis alienis. cap. Ratio de preben. §. l. In tantum ff. de Rerum diuis.

Tertio queritur, Quid requiratur, vt hospitalis domus, vel oratorium pro loco sacro habeatur? Respondeo, requiritur vt Episcopi auctoritate constituantur. cap. Ad hac, de Relig. domib. vnde hospitalis domus ad pauperes, & infirmos excipiendos, sine altari, Cœmeterio, vel alio iure Episcopali fundari, & construi non potest per laicos absque vlla Episcopi licentia, Innoc. cap. Ad hac supra citato, Gloil. in c. Quadam. 18. quæst. 2. & in Clem. Quia corrigi, de Relig. domib. Oratorium itidem, quod conuuluit vt ibi Deum oramus, nisi fuerit Episcopi auctoritate constitutum, sacer locus non habetur: vnde in eo Missæ sacrificium fieri non potest. cap. Vnicuique. §. cap. Clericos de Conse. Dist. 2. Hostien. & Ioan. Andreas. c. ult. de consecr. Hinc in eo oratorio erigi non potest, quod vocant, campanile areum habens campanam, c. Patentibus, de Priuil. ex quo fit, vt tale oratorium ad vtilis possit profanos conuerti, quia sacer locus non est.

Quarto queritur, Quomodo hospitalis domus, vel oratorium cognosci queat, vtum sacer locus sit, quando dubij sumus, an sit Episcopi auctoritate constitutus? Respondeo, id cognosci ex circumstantijs, v. g. si hospitalis domus per laicos absque Episcopi consensu gubernetur, nec habeat cœmeterium sepulturis mortuorum deputatum, nec campanile, locus profanus est. Item si ex bonis eius collectæ laicorum communitati soluantur. Præterea oratorium, si per laicos regi soleat, & campanile non habeat, seu campanam aream super tectum, sacer locus non est. At verò si hospitalis domus campanile habeat, vel aream cam-

panam

Quarto queritur, In quo consistat urbana seruitus oneris ferendi? Respondeo, in sustinendo onera vicini, cum quis habet aedes, quae debent columnam, vel parietem ad onus vicini ferendum. Nam is cuius aedificium iure superius, potest supra suam aedificium onus imponere, dummodo inferiora aedificia grauiori seruitute non oneret, quam pati debeant. *l. Cuius. ff. de Seruitutibus. urbano. pradio.* Et ideo actio ratione huius seruitutis competit, ut qui debet, onera ferat, & reficiat aedificium eo modo, qui in seruitute imposita comprehensus est: & potest cogi ne faciat deteriorem quam debeat, aut operis noui nunciacione prohiberi, si deteriorem fecerit. Is itidem, cuius aedificium, & seruitus debetur, potest petere, si non reficiatur paries, vel si opere non competenti adificetur quanti sua interest, eo quod vicini opera non sustineat. *l. Et si forte. §. Modus. Et §. Venimus. Et §. Fructus. ff. de Seruitutibus. vindextur.*

Quinto queritur, Quid sit seruitus urbana, tigni immittendi? Respondeo, esse ius quo quis potest tignum immittere in parietem vicini: alioqui enim iure communi nemini licet immittere. *§. Pradiorum. ff. de Seruitutibus. urbano. pradio.* De hac seruitute fit mentio, *ff. de Seruitutibus. urbano. pradio. Et in l. Malum. §. a. ff. de Verbo significat.* Et cum tigni appellatio late pateat. *l. Tigni. ff. de Verbo significat.* hic duntaxat accipitur pro trabibus, quando alicui ius liberum est immittendi trabes suas in parietem vicini.

Sexto queritur, Quae sit seruitus urbana auertendi stillicidium? Respondeo, esse ius, quo licet alicui stillicidium domus sit in domum, vel aream vicini auertere. *l. Pradiorum. ff. de Seruitutibus. rustico. pradio. Et in l. ff. de Seruitutibus. urbano. pradio.* Porro stillicidium dicitur, cum ex tecto aqua stillatim, vel guttatim decidit. Seruitus autem stillicidii non auertendi, est ius, quo vicino non licet facere, quin stillicidium suum in domum, vel aream vicini deluatur, quo is forte opus habet ad cisternam suam replendam. *Bartolus in l. ff. de Seruitutibus. urbano. pradio.* Et proinde is, cui haec seruitus debetur, agere potest contra Dominum aedium, quae talem seruitutem debent, ut regulas, canalesque reficiat suis impensis, ex quibus stillicidium decidat, quo vel laeatur pauperculo suae areae, vel cisterna sua repleatur, vel hortus, aut viridarium suum irrigetur.

Septimo queritur, Quanam sit seruitus urbana altius tollendi aedificium? Quidam putant non esse seruitutem, sed potius libertatem, ut *Glossa in l. ff. de Seruitutibus urbano. pradio. Et Zasius ibidem.* Sed dicendum est, aliquando esse seruitutem, videlicet, quando necessitas incumbit vicino altius tollendi aedificium, quia altius aedes suas tollere cogitur, ne in domum meam prospiciatur, cum forte subsidat, aut deprella sit, aut ne domus mea vento exposita laedatur.

Octauo queritur, Quanam sit seruitus negatiua altius non tollendi? Respondeo, eam esse, per quam prohibetur quis domum suam inuito vicino altius tollere. *l. ff. de Seruitutibus urbano. pradio. Et l. Altius. C. de Seruitute. Et aqua.* Viridaria tamen habere supra eam altitudinem is, cuius domus seruitutem debet, nemo prohibetur. *l. Aedificia. ff. de Seruitutibus. urbano. pradio.*

Demo, Quae sit seruitus affirmatiua luminum? Respondeo, esse eam, qua vicinus sui vicini lumina excipere iure competitur. *l. Luminum. ff. de Seruitutibus urbano. pradio.* Unde is, cuius aedibus haec seruitus debetur, potest vnam, aut plures fenestras aperire, per quas lumen in vicini area excipiat.

Vndecimo queritur, Quae nam sit seruitus prospectus? Ea est, qua quis vicino claritatem prestare cogitur aperta fenestra, vel aliquo foramine. *Azo in summa. C. de Seruitutibus. vbi ponit differentiam inter seruitutem luminum, & seruitutem prospectus.*

Duodecimo queritur, Quae sit seruitus proijciendi, vel protegendi? Quidam putant esse duas seruitutes, vnam

proijciendi, alteram protegendi. Sed reuera est vna, & eadem seruitus, videlicet ius, quo licet alicui aedes suas protegere, siue exporrige in macianis, seu podis pensibilibus protectum. Dicitur locus in domibus surrectus vnde spectare licet, a protegendo, id est, porro tegendo, siue tectum obijciendo, id enim protegere est. Secundum alios proiecta sunt tecta, quae habentur in domibus transiendi, vel prospiciendi gratia.

Decimotertio queritur, Quae nam sit seruitus negatiua, ne prospecti officiat? est ea, qua quis prohibetur quidquam facere, quo vicina aedificia ad gratiorem, & liberiorem prospectum impediuntur. *l. Inter seruitutes. ff. de Seruitutibus urbano. pradio.*

Decimoquarto queritur, Quae sint seruitutes rusticorum praediorum? Rustica praedia vocantur, quae vel percipiendorum, vel colligendorum fructuum gratia sunt, non habitandi. *l. Eo iure. §. stabula. ff. in quibus causis pigrius, vel hypotheca.* Seruitutes rusticae, vel sunt nominatae, vel innominatae: Nominatae dicuntur, quae iure speciale nomen habent. Et sunt quatuor: Iter, actus, via, aqua ductus. Iter, est ius eundi, vel ambulandi hominis, non autem iumentum agendi, vel vehiculum, aut plaustrum trahendi per fundum alicuius. *l. ff. de Seruitutibus rustico. pradio.* Seruitus igitur iteris est, cum ager, vel fundus alicuius multi iter debet, ita ut possim per eum transire, vel ambulare: & is, cui est ius itinens, potest vel equo portari, vel biga, quadriga vehi. *Glossa in l. Qui sella. ff. de seruitutibus rustico. pradio.* Sed in ea lege non tam clare habetur id, quod dicit Glossa de biga, aut quadriga: solum dicitur, Qui sella, videlicet curuli, quia Romani magistratus olim vehi solebant: qui lectica vehitur, ire, non agere dicitur. Et in *l. Inter actum. ff. Eodi. Tit. legimus:* [Iter est, qua quis eques vel pedes commigrare potest. Actus vero, vbi, & armenta trajicere, & vehiculum ducere licet.] Actus, est ius eundi, vel ambulandi hominis, agendi iumentum, & vehiculum trahendi. *l. Qui sella. ff. de Seruitutibus rustico. pradio.*

Via, est ius eundi hominis, iumentum agendi, plaustrum ducendi trabem, tignum, vel lapidem trahendi, & rectam hastam deferendi: modo fructus non laedatis, qui tale ius habet. *l. Qui sellam. ff. de seruitutibus rustico. pradio. vltimo. Qui viam.*

Aqua ductus est ius aquae ducendae per fundum alienum ad vtilitatem praedij mei rustici. *l. ff. de seruitutibus rustico. pradio.* Quod ius potest constitui tum in aqua inuenienda, tum in aqua iam inuenta deducenda. *l. Labro. ff. de seruitutibus rustico. pradio.*

Rusticae seruitutes innominatae dicuntur, quae nomen habent ab ipso actu, & sunt quinque: pecoris pascendi, appulsus ad aquam, haustus aquae, calcis coquendae, arenae fodendae.

Ius pecoris pascendi, est ius pascendi pecoris mei in fundo alieno. *l. Seruitutes. ff. de seruitutibus rustico. pradio.*

Ius appulsus ad aquam, est ius, quo mihi licet pecora agri mei ad fontem, vel riuum agere, vel ad praedium vicini. *Azo in sum. C. de seruitutibus.*

Aquae haustus, est ius, quo mihi licet aquam acquirere, seu haurire de fonte, vel puteo vicini. *Azo in loco praedicti allegato.* Vnde is, cui debetur haec seruitus, eo ipso intelligitur habere iter.

Ius calcis coquendae, est ius, quo licet alicui calcem coquere in fundo vicini ad vtilitatem sui praedij rustici. *l. 1. In praedij. Et l. Ergo. ff. de seruitutibus rustico. pradio.*

Ius arenae fodendae, est ius, quo mihi licet ad vtilitatem mei praedij arenam excodere e fundo vicini. *l. ff. in praedij. ff. de seruitutibus rustico. pradio.* Adde etiam ius cretae, seu argillae fodendae, & lapidis excidendi: quae seruitutes, earene constitui possunt, quatenus opus sit ad rusticum praedium, cuius gratia constituitur. *l. Ergo. Et lege sequenti. ff. de seruitutibus rustico. pradio.*

Quaedam quaestiones de Seruitutibus realibus diluuntur.

CAP. XXXVII.

PRIMO quaeritur, Quando nam huiusmodi seruitutes tradi intelligentur, ita ut ius in eis acquiratur? Respondeo, traditas censeri, quando is, cui est promissa, vel debita seruitus, titulum habet, & immititur, vel inducitur in fundum, qui seruitutem debet. Secundò, quando is, cui seruitus debetur, utitur seruitute, sciente, & patiente domino praedij, quod seruitutem debet. *l. 3. vers. Dare. ff. de usufructu, cuius legis haec sunt verba: [Dare autem intelligatur, si induxerit in fundum legatarij, eumve patiatur uti. l. 1. Quoties. 2. ff. De seruitutibus. l. 1. vers. Traditio. ff. De seruitutibus. rursus, praed.]*

Obiicit, in huiusmodi legibus requiri ingressum in fundum, & vltim seruitutis, vel iuris, sciente, & patiente domino fundi, ergo non satis est, si quis in fundum inducatur, nisi etiam utatur seruitute. Aretinus in *l. 3. ff. De acquirend. possess.* ait vtrumque esse necessarium, & ingressum in fundum, & ingressum seruitutis. Communis est tamen sententia, teste Antonio Gomes Tom. 2. *V. artur. resolut. cap. 15. numer. 45* sufficere, si is, cui seruitus debetur, in fundum inducatur, vel si eo utatur, sciente, vel patiente domino praedij, quod seruitutem debet. Quid si fundus non possideatur à vero domino, sed à quodam alio? Et quia ab eo titulum habeat, an requiratur, ut dominus sciat, & patiatur, & an sufficiat, si ab illo possessore in fundum inducatur? Respondeo sufficere, si ab illo possessore mittatur in fundum, vel si illo sciente, & non impediante, eo utatur. Ita communis opinio, ut testatur Antonius Gomes eo in loco, quem paulo ante protulimus, *vers. ex quibus infero.*

Sciendum est, ius seruitutis acquiri duobus praedictis modis, quando ex contractu debetur: nam si in vltima voluntate relinquatur, tunc ita iure acquiratur legatario sine aliqua traditione. *l. Si partem, vers. vii. ff. Quomodo seruitus amittatur.*

Secundò quaeritur, Quo modo seruitutes reales praescriptione acquiruntur? Respondeo, seruitutem realem continuam, vel quasi continuam, ut tigni immittendi, oneris ferendi, stillicidij, aqueductus, acquiri decem annis inter praesentes, & viginti inter absentes bona fide interueniente. Requiritur etiam, ut sciat, & patiatur is, contra quem praescriptio procedit. Communis opinio, ut refert Antonius Gomes loco memorato, *num. 27.*

Dubie quaeritur, An etiam titulus requiratur? De hac quaestione Felinus in *cap. Si delegato numer. 1. de praescriptionibus.* & Balbus 2. parte, *tertia partis, quaest. 6. c. 2. parte quarta, quaest. 2.* Communis opinio habet etiam non requiri Titulum. Sic Antonius Gomes eodem in loco, quem supra retulimus, Felinus, & Balbus, Ripa in *cap. Cum Ecclesia numer. 122. c. numer. 126. de cassibus possess.* quamuis Duarenus *lib. 1. Disputat. cap. 34.* & Ioannes Cotarius in *l. Seruitutes. ff. De seruitutibus.* titulum etiam requirant: Quia bona, inquit, fides sine titulo esse non potest. At verò probabilior est communis sententia, quia ad bonam fidem in eiusmodi seruitutibus sufficit quasi possessio longo tempore confirmata. Seruitus autem realis discontinua, ut iter, actus, via, non acquiruntur praescriptione temporis consueti, sed possessione diuturni temporis, cuius initium in memoria hominum non sit; quia eius possessio non potest esse continua, eo quod quotidie interrumpatur. *l. Seruitutes. 4. ff. De seruitutibus.* ibiq. Glossa, & Bartolus, & Paulus, & ceteri communiter, *l. Hoc iure. §. Ductus aquae. ff. de aqua quotidiana. c. Estina,* vbi verba sunt: [Ductus aquae, cuius origo memoriam excedit, iure constituitur loco habetur.] Et in hac praescriptione non requiritur titulus, nec scientia, nec patientia aduersarij, quia ex tam

longi temporis intervallo leges, & iura probabiliter indicant esse titulum, & bonam fidem. Ita communis opinio teste Antonio Gomes loco praedicto, *numer. 25.* Vnde si praecedent titulus, vel à vero domino, vel ab aliquo bonae fidei possessore, sufficit tunc ad praescriptionem inter praesentes duorum annorum spatium, & inter absentes, viginti, ut docet Antonius Gomes.

Tertio quaeritur, An in praescriptione seruitutis realis continuæ, vel quasi continuæ, tempus praescriptionis generaliter currit in seruitutibus affirmatiuis, & negatiuis ab eodem tempore? Respondeo, minime: nam in seruitutibus affirmatiuis, ut tigni immittendi, oneris ferendi, stillicidij, aqueductus, & similibus, praescriptio incipit procedere à die, quo quis seruitute uti coepit: in seruitutibus verò negatiuis, ut altius non tollendi, stillicidij non auertendi, & alijs generis eiusdem, incipit praescriptio currere à die, quo quis prohibetur ab aduersario, altius tollere aedificium, vel stillicidium auertere. Vnde etiam si per mille annos aedificium non tolleretur, vel stillicidium auerteretur, dominus iure non poterit, vel aedificium attollere, vel stillicidium auertere, nisi elapso decem annorum intervallo inter praesentes, vel viginti inter absentes ab eo die, quo ei aduersarius interdixit, ne ad eas altius attolleret, vel ne stillicidium attolleret. Ita Bartolus, Baldus, Paulus, & ceteri communiter, teste Antonio Gomes loco praedicto, *numer. 22.*

Quarto quaeritur, Quomodo seruitutes reales amittantur? Respondeo amitti quando is, cui seruit fundus, & dominus seruitute non utitur eo tempore, quo uti posset, & deberet: ut colligitur ex *oro Titulo Digestorum: Quomodo seruitutes amittantur.* Item seruitus realis aliquando amittitur: quia cum domino praedij confunditur: Veluti si Titius coepit esse dominus fundi, cui seruitus debebatur. *l. 1. ff. Quomodo seruitutes amittantur,* Cuius legis verba sunt: [Seruitutes praediorum confunduntur, si dem vtriusque praedij dominum esse coeperit.] Dicitur: (Si idem.) quia reuera seruitus amittitur, & extinguitur, siue is, cuius fundus seruitutem debebat, coepit dominium habere vtriusque fundi; siue is, cui seruitus debebatur, factus fuerit dominus vtriusque praedij: siue quispiam alius vtriusque praedij in dominio habere coepit. Glossa in *l. 1. praedicta.*

Quares, an seruitutes praediorum intereant, si is, cui debentur, vel moritur, vel capite minuatur? Respondeo minime: in hoc enim differt seruitus realis ab usufructu, qui est seruitus personae: quia usufructus debetur personae fructuarij, & ita perit fructuario mortuo, vel capite minuto; at seruitus praedij non domino, sed praedio debetur. Quare tamen si dominus praedij, vel decedat, vel capite minuatur, non extinguitur tamen. Vnde in *l. Iura. ff. Quomodo seruitutes amittantur,* sic habetur: [Iura praediorum morte, vel capitis diminutione non perire, vulgò traditum est.]

Quinto quaeritur, Quando quis uti seruitute, aut non uti intelligatur? Respondeo, cum uti intelligi, qui vitus, vel per se, vel per locum, vel fructuarium, vel bonae fidei possessorem. *l. Seruitus. ff. Quomodo seruitutes amittantur,* vbi verba sunt haec: [Seruitus, & per locum, & fructuarium, & bonae fidei possessorem nobis retinetur.] Et in *l. Vsu retinetur. ff. Eodem Titulo,* habetur sic: [Vsu retinetur seruitus, cum ipse, cui debetur, vitur, quive in possessione eius est, aut mercenarius, aut hospes, aut medicus, quive ad visitandum dominum venit, vel colonus, vel fructuarium, denique quicumque quasi debita via usus fuerit.] Et in *l. Seruitute usus. ff. Eodem Titulo,* dicitur: [Seruitute usus non videtur, nisi is, qui suo iure uti se credidit. Ideoque si quis pro via publica, vel pro alterius seruitute usus sit, nec interdictum, nec actio competit.]

Sextò quaeritur, An cui certum genus seruitutis debetur, id amittat, si alio seruitutis modo utatur? In *l.*

Si is. ff. eod. Tit. hic statutum est: [Si is, cui via, vel actus debebatur, ut vehiculi certo genere vteretur, alio genere fuerit usus, videamus amiserit nec ne seruitutem, & alia sit eius conditio, qui amplius onens, quam licuit, vixerit, magisque hic plus, quam aliud egisse videatur: sicut si latroni tenere usus sit, aut si plura iumenta egerit, quam licuit, aut aqua admiscuerit aliam. Ideoque in omnibus istis questionibus seruitus quidem non amittitur: non autem conceditur plus, quam pactum est in seruitute habere.] Sic ibi.

Septimo, *Quæ seruitutes dicantur diuiduæ, & quæ indiuiduæ?* Respondeo, solam seruitutem vusufructus esse diuiduam. *l. si vusufructus. ff. Ad legem Falcidianam.* Vnde reliquæ omnes seruitutes sunt indiuiduæ. *l. Stipulationes non diuidantur. ff. de Verbo. obligat.*

Octauo queritur, *Quæ actiones sint de seruitutibus?* In *l. 2. ff. Si seruitus vindicetur*, sic est: [De seruitutibus in rem actiones competunt nobis ad exemplum earum, quæ ad vusufructum pertinent, tam confessoria, quam negatoria: confessoria ei, qui seruitutem sibi competere contendit: negatoria Domino, qui negat. Hæc autem in rem actio confessoria non alij, quam Domino fundo competit. Seruitutem enim nemo vindicare potest, quam qui dominium in fundo vicinio habet, cui seruitutem dicit deberi.]

Nono queritur, *Quenam veniant in actione confessoria, vel negatoria de seruitute?* In *l. Locum corpus. ff. eod. Tit. §. 1.* habetur sic: [In confessoriam actionem, quæ de seruitute mouetur, fructus etiam veniunt. Sed videamus, qui possunt esse fructus seruitutis. Et est verus, id demum fructum nomine computandum, si quid in re sit, seruitutem non prohiberi. Sed & in negatoria actione: ut Labeo ait] fructus computantur, quando interest patientis, non uti fundi sui tenere aduersarium. Et hanc sententiam, & Pomponius probat.]

Decimo queritur, *Quinam possessor, vel quali possessor esse dicatur?* Vlpianus in *l. Sicuti. §. Sed si queratur. ff. Si seruitus vindicetur*, hunc in modum scribit: [Sed si queratur, quis possessoris, quis petitionis partes sustineat: sciendum est, possessoris partes sustinere (si quidem tigna immissa sunt) eum, qui seruitutem sibi debere ait: si vero immilla non sunt, eum qui negat. Et si quidem is obtinuerit, qui seruitutem sibi defendit: non debet ei seruitus cedi, siue rectè pronuntiatum est (quia debet) siue perperam: quia per sententiam non debet seruitus constitui, sed quæ est, declarari.]

Vndecimo queritur, *Quinam possint uti actione confessoria, & negatoria de seruitutibus?* Respondeo, eos posse uti, quorum prædia, siue ea, quæ debent seruitutem, siue ea, quibus seruitus debetur. *l. 1. & 2. §. Hæc autem, & l. 1. §. Competit. ff. Si seruitus vindicetur.* Vtuntur etiam eisdem actionibus hæredes Dominorum stipulantium, qui & agunt. *l. 1. §. ex his igitur, vers. ex quo quidem. ff. de Verbo. obligat.* Vtuntur etiam aratores prædiorum, quibus seruitus debetur, eorumque hæredes. *l. Cum fundo. ff. de Seruit. rustico. præd.* Quod si plures Domini fundi vnius sunt, cui seruitus debetur, quilibet illorum in solidum agere potest: sed in estimatione id, quod interest veniet, scilicet, quod eius interest, qui experitur. Et si vnus sit fundus, qui seruitutem debet, aduersus vnumquemque illorum agi potest: Et qui defendit, in solidum restituere cogitur, quia hæc res diuisionem non recipit. *l. Si quis diuiturno.*

§. Agi autem. ff. Si seruitus vindicetur.

FINIS LIBRI PRIMI.

INSTITUTIONVM MORALIVM PARTIS TERTIÆ DE QVINTO PRÆCEPTO DECALOGI. LIBER SECVNDVS.



IS breuiter de Iure, ac Iustitia in genere prælibatis, sequitur ut præcepta, quibus ius proximi violari prohibetur, aggrediamur. Nā quinto præcepto prohibetur iniuria, qua proximus factò læditur in persona propria: sexto, qua factò læditur in persona coniuncta; quamuis ad hoc etiam peccata contra castitatem reuocentur: septimo, qua proximus factò læditur in rebus proprijs: Octauo, qua verbo læditur.

Hoc igitur libro agemus de quinto præcepto: vbi de Homicidio, Duello, Bello, & participantibus in homicidio, præterea de Ira, Inuidia, Maledictione, & Crudelitate. Verum antequam de his agamus, quædam generatim præmittenda sunt.